

A
20
373

4.168

la do.

FACULTAD
DE FILOSOFIA Y LETRAS

Est. A

Tabla 7

Num. 15

111871532.

BIBLIC

BIBLIOTECA
GRANADA

Sela: A

Estanco: 020

Numero: 373

(1)
R. 94. 168
FRANCISCI
SANCTI BRO-
CENSIS

UNCLYTA SALMAN-
Academia Primarij Rhetorices,
linguae Doctoris Miner-
de causis linguae




1751 Not Not martini de gra
LICENTIA.

MANICAE,

nem, & Andream

Renaut, fratres.

1587



ORGANVM

(2)

DIALECTI-

CVM ET RHETORICVM

cunctis disciplinis vtilissimum

ac necessarium.

Per Franciscū Sanctium Brocensem in inclita Salmanticensi Academia Rhetorices primum,

Græcæq; linguæ Doctorem.

10



Anno

1588.

CVM LICENTIA,

Salmanticę.

Apud Michaelē Serranum de Vargas.

Sumtibus Cludij Curlet Sabaudiensis Bibliopole

è Regione Scholarum maiorū commorantis, sub

insigni Cucurbitæ aureæ.

EL Licenciado Diego Muñiz de Godoy prouisor
 en todo el obispado de Salamanca; por don Ge-
 ronymo Manrique obispo de Salamanca del conse-
 jo del Rey nuestro señor, &c. Por la presente da-
 mos licencia a qualquier impressor desta ciudad pa-
 ra que puedan imprimir este libro de el arte de recto-
 rica, compuesto por el maestro Francisco Sanchez
 atento que esta uisto y se me hizo relacion que esta
 ympresso otra uez, y agora de nueuo conforme a lo
 mandado en las prematicas del Rey nuestro señor
 lo examino y uio el maestro Madrigal cathedratico
 de Hebreo en la uniuersidad de Salamanca. Fecha en
 Salamanca a. 6. dias del mes de Nouiẽbre de. 1587.

El Licenciado
 Muñiz de Godoy.

Ioan Baptista Polanco.

CVM LICENTIA

Imprimetur

Abbat. Michasem Seruatum de Vargas

Abbat. Michasem Seruatum de Vargas

Abbat. Michasem Seruatum de Vargas

Abbat. Michasem Seruatum de Vargas

BALTHASARI

de Cespedes vtrius-

que linguæ, totiusque encyclo-

pædiæ peritissimo Claudius

Curlet bibliopola Sa-

baud. S.D.



*Vanuis amoris erga te mei
memoriam apud doctos,
eosque tibi amicissimos vi-
ros satis testatã, ni me fal-
lit animus, haberẽ, cupiebam tamẽ
absentibus, & posteris omnibus esse,
quoad eius fieri possit, testatissimã. De-
betur hoc candidissimis tuis moribus,
quibus oẽs allicis: debetur & omnige-
nae literaturæ: ea enim in causa est, vt exi-
mia quadã, ubicunq; vixeris, afficiaris
admiratione. Quũ igitur sollerti cura,
si qua via tibi possem, pro tot in me offi-*

tijs gratificari, disquirerē: commodum
soceri tui doctissimi viri opusculum de
arte Rhetorica, & Dialectica venit in
manus, quod ipse autor, & genitor of-
fensus fortasse prauorum studiorum si-
nistræ procellæ, neq; amplius fouere,
nec typis mandare decreuerat. Ego au-
tem, qui quotquantaq; in tã paruo libel-
lo latitarent cōmoda, & per me ipse no-
rã, & à pericissimis viris accepissē, pu-
taui me tibi rē gratā facturū, si non cō-
mitterem, vt acutissimis ingenijs neces-
sario libello iuuentus politioribus lite-
ris addicta defraudaretur. Tibi igitur,
vir eruditissime, debetur opus hoc: tū vt
memoria soceri tui perte magis ac ma-
gis vigeat, & florescat, tum vt mea erga
te amicitia aliquo veluti pignore confir-
metur. Vale. Salmantica. A. D. V.
Non. Ian. 1588.

FRANCIS-
CVS SANCTIVS

Brocensis filijs charissimis. S.



Quemadmodū in Grammaticis præceptis, filij carissimi. quæ in vestram gratiã publicavi, satis opinor ostēdi quam latè vulgus Grammaticorum cæcutiret: sic nūc in Dialecticis & Rhetoricis ostendā, has facultates nunquam hætenus in proprias sedes fuisse collocatas. Nam Rhetores, vt artem suam cōmendarent, in alienos limites inuasērunt. Inuentionem, Dispositionem, Memoriã, Actionem, cū Elocutione, atq; ad eò legū & vtriusque philosophiæ peritiam sibi vendicantes. Aristoteles præterea centum quinquaginta nouem locos inuentionis inuestigauit. Alius centum argumentandi locos diuulgauit iuris peritis accommodatos. Rodolphus Agricola ex vno sæpè locos plures faciens viginti quatuor exhibuit. Themistius duo & viginti.

Ciceronis vero, quæ multisequuntur, decem & sex enumerantur. Nos vniuersam in omni disciplinarum genere disputationem nouem locis inclusimus. Vt nulla sit Theologica, Physica, Ethica, Medica, atque etiam vtriusque iuris disputatione, quæ non ex nouem his locis eruatur. Vnde si diligens Theologus pro exemplis Ciceronis aut Virgilij à me citatis sacræ scripturæ velit exemplum supponere, Dialecticam & Rhetoricam habebit omnibus sacræ scripturæ locis accommodatam. Idem de vtroque iure atque alijs facultatibus esto iudicium. Desinat ergo vitiligatores lividos illidere dentes solido, quibus ego gannitibus non magis, quam si nati nunquam fuissent, respondere curabo. Vos tamem, qui patrem vestrum egrè patiemini absentem vellitari, his & scuto & iaculis contra Hydræ Lernæam, id est Sophistarum pullulantia capita tuto poteritis dimicare. Valete.

¶ Dialecticam primam esse tradendam.

SI Dialectica, ut auctor est Aristoteles, instrumentum est, cuius præsidio cæteræ artes utantur: & omne instrumentum rem illam antecedit, ad quam explicandam adhibetur: efficitur proculdubio, ut ipsa Dialectica siue Logica (vtrouque enim nomine, sine discrimine appellatur) ante omnes disciplinas, Grammaticam excipio, sit proponenda.

Ars

Ars imitatur naturam: sed ordo nature ꝑo-
stulat, vt prius loquamur, deinde ratione vta-
mur, postremo sententiam ornemus: ꝑꝛecedat
oportet Grammatica, quę voces ordinat: se-
quatur Dialectica, quę rationem informat: ad-
dat colophonem Rhetorica, quę sententias
ornando cõmutat & figurat.

¶ *Dialecticę partes esse duas. Inventionem
& dispositionem.*

Logicę siue Dialecticę facultatis finis &
scopus est vti ratione, siue ipsamet ra-
tio. Nam Platoni differere, & ratione vti
idem sunt. Logos enim Gręcis ratio est, &
dialegethe disputare: Rationis autē duo sunt
effecta, Inuenire, deinde Disponere; seu Iu-
dicare: Inuentio igitur, & collocatio duę solę
Dialecticę partes enumerantur. Id quod & Cice-
ro ipse in Topicis his verbis declarauit. Quū
omnis ratio diligens differendi duas habeat
partes, vnā inueniendi, alteram iudicandi:
vtriusq; princeps, vt mihi quidem videtur,
Aristoteles fuit.

Quid quod ipse Aristoteles in analiticis
posterioribus Demonstratori tribuit Inuen-
tionem & dispositionem: Pseudographo eas-
dem: Sophistę in Elenchis easdem duas: Duę
igitur Dialecticę partes.

*Rhetoricæ partes esse duas. Elocutionem
& Actionem.*

Longo inter se Orator, & Rhetor distant
interuallo: quanuis aliquãdo alterum pro
altero capiamus. Rhetor est, qui orationē tan-
tum tropis & figuris exornat, uumeris conde-
corat, atque aptè & cū decoro exornata pro-
nuntiat. Orator uerò ille tantum appellandus
est, qui in omni disciplinarum genere sit versa-
tissimus. Sic distat nudus Theologus à sacri
verbi cōcionatore. In Theologo solam Theo-
logiam requiris: at uero concionator ille per-
fectus non est. in quo ultra Theologiæ peri-
tiam, Mathematicæ artes desiderantur: Rhe-
torica non splendet: Dialectica nō argutatur:
Legum & Canonum prudentia obmutescit:
Musica nil modulatur: Historia uel as nō expā-
dit: Medicina egrotat: Cosinographia & Geo-
graphia nihil metitur. Atq; hæc & alia multa
fordescent, si cum summa fide atq; prudentia,
probitas & sanctimonia nō apparuerint. Ita-
que Rhetorica, sicut & Grammatica, particu-
la quædam est Oratoris.

Rhetoricæ partes qui pauciores enumera-
uere ad quinque deduxerūt: Inventionem, Di-
spositionem, Elocutionem, Memoriam, Pro-
nuntiationem. Sed Inuentio & Dispositio,
quum sint, ut ostendimus, Dialecticæ partes,
Rhetor-

Rhetoricæ partes non erunt. At docet Cice-
ro aliam esse Rhetoris, aliam Logici inuen-
tionem, ac dispositionem: quia Logicus so-
lummodo fidem faciat, orator fidem & mo-
tum. Cui respondeo vnam solamque esse ar-
tem inueniendi & disponendi ad omnes disci-
plinas accommodatam. Nam quemadmodū
Ortographiæ doctrina ad res vniuersas scri-
bendas vna est: sic inuentio & Dispositio, siue
de virtutibus agas, quod est Exornationis ge-
nus: siue de vtilibus disputes, in quibus Suafo-
rium est: siue de æquo, aut iniquo disceptes, in
quibus est Iudiciale solius Dialecticę partes
debent cēseri. Eodemque pacto, quemad-
modum Elocutio in Philosophia, Theologia
siue Poesi, non est alia qua Oratoria: sic Inuen-
tio & dispositio Dialecticæ sunt vbicūque
reperiantur.

Quod si Orator auditorum animis motum
adfert, ex locis dialecticis, Persona, Loco,
Modo, Tēpore, Causis haurit disputationē.

Si obijcias neminē eloqui sine inuentione
& dispositione posse: respōdebo primum, fie-
ri posse vt quiuis rectē inueniat & disponat,
etiā si dialecticam nō didicerit; est enim ho-
mo suapte natura rationis particeps, ac proin-
de Logicus: deinde dicā, non quicquid sit ne-
cessarium, statim esse partem: nam sic & Grā-

maticam Dialecticæ partē esse dicere cogemur. Hoc argumēto videmus omnium artium præcepta conturbata. Quintilianus enim Grammaticæ Musicam, Logicam, Cosmographiā, Geometriam subiicit. Logica rursus apud nostros Physicis, Metaphysicis, atque adeo Theologicis quæstionibus est referta. Quāto rectius omnes docerentur, si suis propriisque præceptis, ut nihil admistum, nihil alienum inculcaretur, traderentur. Nam ut artium coniunctio, si vsum spectes, approbanda est: sic præceptorum confusio, dum eæ traduntur, est maximè fugienda. Neque enim, quia in construenda domo fabri, latomi, & architecti opera necessaria sunt; propterea dicendum aut has partes esse rem vnā aut omnes domus ipsius esse partes.

Vnde ergo, dices, Rhetores aut Oratores tam multa de inuentione & dispositione differunt? Quia quo tempore coeperunt causas agere, nondum ad præcepta fuerat dialectica redacta: & quia omnino erat inuentione & dispositio adhibenda, Rhetores in alienos fines inuaserunt, eosque mala fide hætenus possederunt.

Memoriam, si alicuius esset facultatis, Iuris periti iure optimo sibi vendicarent: sed quia Logicus & Rhetor sine memoria illa probe suo munere fungentur, nullius esse facultatis partem.

partē statuimus: Isocrates enim elegantissimas scripsit Orationes, quas nunquam, ut opinio multorum est, publicè recitauit.

Hoc eodem argumento actionem & pronuntiationem ad fabularū actores relegabis. Nam & Rhetores & Poetę vel in abditissima solitudine, ubi audiri non possint, erunt absolutissimi. Nihilominus tamen, quia est actio veluti corporis eloquentia: & ut inquit Cicero, qualis cogitatio fuit, talis & pronuntiatio erit: eam cum eloquentia coniūximus. Tum deinde ut cōmodius Rhetorica in duas partes diuideretur, Elocutionem, & actionē.

¶ Dialecticę & Rhetoricę dissimilitudo.

Aristoteles Rhetoricam Dialecticę antistrophon, id est æqualem esse dixit: nam utraque inquit, de rebus omnibus disputat. Cicero antistrophon vertit ex altera parte respondens. Sed neutra sententia probanda, quia finis utriusque diuersus est, ut statim apparebit.

Sunt qui dicant Rhetoricam, circa restantum versari, quę in consultationē cadunt: Dialecticam verò circa omnes. Sed si Dialectica circa omnes, quid opus fuit Rhetorica?

Alij multi dixerunt dialecticę subiectam esse Thesin, id est propositum: Rhetoricę Hypothesin

Hypothesin siue causam: sed hos Cicero secūdo de Oratore reprehendit.

Zeno Stoicus satis ridicule Dialecticam pugno, Rhetoricam extensę palmę similem esse dicebat, quia hæc latius, illa pressius disputaret. Quasi vlla possit esse disputatio, quæ tota logica non sit. Aut quasi mantile complicatum differat ab eodem explicato; aut ignis maior à minore. Naturam rerū plura vel pauciora, maiora vel minora non mutabunt.

Veram itaque differentiam ex fine colligamus. Si Logicę finis est vt iratione: & Rhetoricę finis Orationem dicendo exornare: quis erit tam hebes, qui has inter se artes plurimum differre non intelligat?

At inquit Rhetoris oratio suas habet partes, Exordium, Narrationem, Probationem, Epilogum: Dialectici oratio ad syllogismū tota componitur. Respondeo cum Cicerone exordium & epilogum ad mouēdos animos & concitandos affectus esse partes, & mouere affectus munus dialectici est. Narratio & probatio ad docendum sunt inuentę, & ad dialecticam methodum maximè spectāt, argumētis siquidem & docemus, & confirmamus. Quid quod in Ariopago proœmio & epilogo oratores vt i prohibebantur.

De locis & Syllogismis.

SYllogismorum differētias in Prioristicos, Posterioristicos, Dialecticos, Demōstratorios, Pseudographos, & Sophisticos probare non possumus. Omnes quidem inuentionis loci communes sunt omnium argumentationum. Nam si argumentum ducitur ex causis vocatur Demonstratio, propter quid: vt omne animal particeps rationis natum est ad risum. Omnis homo est rationis particeps. cēt. Si ducitur ab effectis, barbari vocant Demonstratio, quia nō intelligētes qd Aristoteles vocet *ort.* qđ Latinè exponitur Sic rem esse. Vt Stelle scintillantes sunt à nobis remotiores: Canicula scintillat, Igitur planeta non est. Si argumentum sit ab oppositis vocatur, Ad incommodum: Vt si virtus non esset expetenda, vitium esset expetendum: sed hoc non, illud igitur. Si à pari, vel à pluribus paribus, vocatur exemplum. Vt Si Milo iure Clodiū occidit & Catilinam Cicero. Si ab vniuersis, Inductio, vt, Socrates, Plato, & ceteri sunt animalia. Si à contrarijs sententijs, Dilemma: Vt, Aut placui, aut discipuli, &c. Si à Simili, dicitur Parabola vel Analogia: Vt. Sicut oculus in corpore, sic mens in animo. Quicquid verò non ex suis locis, & vt oportet. ducitur: aut non figuris & modis præscriptis Syllogismorum

morum quadrat, Sophisticum est. Quare nos
de Elenchis nihil disputamus: quia præmōstra
to vero, falsum statim facillè intelligetur.

Modalia, Exponibilia, multa; alia sophis-
mata, quæ infelicibus ingenijs necessaria vide
buntur, è vera sinceraque Dialectica ex do-
ctorum sententia sustulimus.

¶ De Terminis.

Terminos autem ex Aristotelis sententia
duos tantum posuimus, Subiectū & Præ
dicatum, plures addituri, si plures verà diale-
ctica postularet. Mētales, Vocales, Scriptos,
Absolutos, Cathegorematicos, & ceteram il-
luuiem, atque adeo AEquiuocos, quos neq;
Aristoteles, vt alibi probauimus, agnouit,
prætermisimus. Illud verè profiteamur, nos
veram integramque & præ alijs omnibus co-
piosiore Dialecticam & Rhetoricam, si mo-
do verum expendatur tradidisse. Valet.

Ferdinandi Sanctij

Brocensis carmen.

SI tibi pennigeras amor est captare uolucres,
Continuo gressus frondea in arua moues.
Siue iuuat tremula deprendere arundine pisces,
Vitrea piscosæ flumina quæris aquæ.
Scis ab Erythraeo pretiosas littore conchas,
Atq; è Panchæo germine turæ legi.
Sic tibi facundas si mens est fundere uoces,
Quæ Stagyram sapiant, & Ciceronis opes:
Huc oculos, Lector, huc dirige mentis acumen,
Perfectæ hic nosces dogmata Rhetorices.
Hæc fratris Sanctij, cui secula longa precamur,
Pagina Nestoreas suppeditabit opes.

Ioānis Dominici Florentij Romani.

OMnibus hoc uitium est, sinuosa uolumina tantum
Condere, nec quid sint frugi habitura uidet.
Nonte hæc pestis habet Sæcti, qui ex omnibus unus
Utiliter, breuiter dicere de arte potes.
Idq; ex arte: rudis uulgi aspernatus inane
Iudicium: Pythio hæc sunt mage uera Deo.
Qui dubitat, legat hæc, discatq; exungue leonem:
Pauca quidem, decies sed quæ iterata iuuent.

Gasparis Riberi Co-
ste Vimariniensis de Rhetoricis
sui præceptoris.

VT rutilus terras illustrat lâpade Titan,
Et claro obscuras dispergit lumine nubes,
Aureus haud aliter uerbosa uolumina pellit
Hic liber, & paruus gemmis scatet, & hyacinthis.
Sanctius hunc pinxit, docuit quæ Phœbus in umbra
Castalia, ac illum Parnasso in monte locarunt
Pierides, meritis cingentes tempora fertis.
Emicat hic Cicero, fulgescit Musa Maronis,
Sollertique lyra modulatur carmina Flaccus.
Qui cupit excultas Ciceronis fingere uoces,
Huc properet: paruo latitant præcepta libello
Amplafatis, referare queant quæ arcana Miuerua.

EIVSDEM.

Perfico quicquid habet tellus sæcunda lapillis,
Atque ferax gemmis Indica quicquid habet:
Quotq; sauos Hyble, quot fundu Hymettus odores,
Aureus id totum continet iste liber.
Plaudite Brocensis populus, Nymphæq; Taganæ,
Qui Tormin illustrat, uester is ante fuit.

I
FRANCISCI
SANCTI BRO-
CENSIS.

De inuentione liber primus.



DI ALECTICA EST
ars de qualibet re proposita dif-
ferendi. Id vero de quo disse-
ritur quæstio est. Quicquid au-
tem in conuersiam aut disqui-
sitionem venit, aut facti, aut no-
minis, aut qualitatis habet quæstionem. Hæc
quæstio tum constitutio, tum status dicitur.
Status autem ex doctorum sententiâ tres sunt,
An sit: Quid sit: Quale sit: hoc est Cōiectura,
Finitio, Qualitas. Coniectura est quando de
facto aliquo ambigitur: vt, an Vlysses Aiace
interfecerit. Finitio est, quum de facto quidẽ
constat, sed de nomine disceptatur: vt, an qui
tyrannũ expulit, dicatur Tyrannicida. Quan-
do vero factum & nomen constat, & de vi &
natura negotij quæritur, qualitatis status nun-
cupatur: vt Iurene Milo Clodium, quia fuit
insidiator, occiderit. Sed de statibus postea,

2. De inuentione.

In quolibet vero statu antiqui dicendi magis
 gistri (quoniam illi ante dialecticam ad pre-
 cepta redactam inuenire cœperunt) quæstio-
 nem quamlibet bifariam diuiserunt. Nam
 quum quæstionem sine proprijs personis, lo-
 cis, aut temporibus efferebant, Græce *The-
 sin*, Latine *Propositum* siue *Consultationem*
 appellabāt: vt, An ducenda sit vxor: & an ex-
 pediat Christianis bellū gerere. Quum verò
 appositis proprijs personis, locis, aut tempori-
 bus quæstio incidebat, Græce *Hypothesin*,
 Latine *Causam*, siue *Controuersiam* esse di-
 xerunt: vt, An Catoni tempore belli ciuilis
 Martia ducenda sit. Hanc posteriorem quæ-
 stionem in tres partes diuidebant, genera cau-
 sarum appellantes. Nam quum de vitijs aut
 virtutibus erat dicendum, *Exornationis*, siue
Laudis genus appellabant: quum de te vtili
 aut inutiles, *Sualorium*, seu *Deliberationis*:
 quum verò de equitate, *Iudiciale*. *Generalē*
 illam quæstionem dialecticis relinquentes,
 hanc tantum oratoribus cōcesserunt, sed fal-
 so, quia vtraque quæstio, vt & tota inuentio, &
 dispositio solius *Dialecticę* munus est, vn-
 de illas oratores vsurparunt. Nec tria illa
 genera causarum admittit Cicero, quia la-
 tius diffunditur disputatio, sed tamen illis
 sepe vtimur tanquam præcipuis capitibus &
 ad

Lib. 2.

Ora.

ad docendum accommodatis.

Omnis igitur quæstio (vt apertius, quam omnes antiqui, differamus) duas habet partes, quæ termini appellatur. Quarum altera præcedit, & dicitur, Minor, siue Subiectum: altera sequitur, quæ Maior, seu Prædicatum siue etiam Attributum. Vt si quæras, An virtus sit amanda. Virtus dicitur terminus minor, & amanda maior. Et minor quidem, aut maior propter ea nuncupatur, quia minus vel plus obtineat ad probandum verum. Et subiectum vocamus de quo aliquid dicitur, Prædicatum quod de alio dicitur. Quia verò Dialecticæ ratio ipsa subiecta est, & rationis duo sunt effecta, inuenire, ac disponere, fiet utiq; vt Dialecticæ duæ sint partes, Inuentio, & dispositio.

I N V E N T I O est ratio inquirendi argumenti ad probandam quæstionem.

Argumentum est probatio quæstionis: aut vt inquit Cicero, est probabile inuentum ad faciendam fidem. Nulla enim res seipsam potest probare, quare aliquid querendum est quod aliqua ratione coniunctum, & veluti cognatum sit illi cui probando adhibetur. Id tertium tum Argumentum, tum rationem, principium, elementum, fidem, probationem, medium, & aliquando terminum Aristoteles solet appellare.

De iuentione

ARGUMENTA igitur ad quâlibet quæſtionem confirmandam aut Inſita ſunt, aut Aſſumta. Inſita ſunt, quæ in parte aliqua quæſtionis inheret. Aſſumta vero quæ totâ quæſtionē probât, & extrinſecus afferuntur, qualia ſunt diuina vel humana teſtimonia. Inſita vero aut ſunt Prima, aut à primis orta. Prima vocantur antecedentia, & conſequentia quæ propriè quæſtionē explicant, & maxime faciunt fidem, nec ab alijs deriuantur: vt Cauſæ, Effecta, Subiecta, Adiuncta. Orta autē exprimis ſunt, quæ à primis deriuantur: vt Cōparata, Oppoſita, Diuiſiones, Difiinitiones, ſunt igitur nouē argumētōrū genera. Cauſæ, Effecta, Subiecta, adiuncta. Comparata, Oppoſita, Diuiſiones, Difiinitiones. Teſtimonia. *De Cauſis. ſiue de rem antecedentib.*

CAuſa eſt principiū cuius vi aliquid eſt: vt ignis eſt cauſa caloris, Axiomata cauſæ hæc fere ſolēt eſſe. Nihil fit ſine cauſa. Qualis cauſa talis effectus. Cauſa ſemper id efficit cuius eſt cauſa, niſi impediatur. Propter quod vnumquodq; eſt, illud magis eſt. Sine cauſa verum neſcitur. Quatuor autem ſunt cauſarū genera, Finis, Forma, Efficiens, Materia.

De fine.

Finis eſt cauſa, cuius gratia fit aliquid: vt Beneficere finis eſt Rhetorices; & Oratoris finis

finis persuadere dictione; & Philosophi bea-
 tam vitam finem bonorum appellabāt. Hæc
 causa omnium est nobilior, & ad quam cæte-
 ræ referuntur, Græce. Telos, à Telein, idest,
 perficiendo dicitur, quia finis ad eptione vna
 quæq; res perficitur. Cic. Nullam enim uirtus *Pro Arch.*
 aliam mercedem laborum periculorumq; desiderat
 præter hanc laudis & gloriæ. Idem. Ad decus, & *Philip. 3.*
 libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum
 dignitate moriamur. Horat. Quo mihi fortunam *Lib. 1. epi.*
 si non conceditur uti? Latinus apud Vir-
 giliū ab AENEÆ congressu Turnum deter- *5.*
 ret, Respice res bello uarias. Cice. Quid enim *A Enci. 12.*
 tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat?
 Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat ar- *Pro Liga.*
 morum tuorum? quæ tua mēs, oculi, manus, ardor ani-
 mi? quid cupiebas? quid optabas? Ibid. Quid aliud
 egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos posse *Philip. 3.*
 mus? Idem. Nā interitus quidē tui quis bonus non
 esset autor, quū in eo salus & uita optimi cuiusque,
 & libertas populi Ro. dignitasque cōsisteret? Idē *Fini. 2.*
 contra Aristipum & Cyrenaycos. Hi non ui-
 derunt, ut ad cursum equum, ad arandum bouem,
 ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut
 ait Aristoteles, intelligendum, & agendum esse na-
 tum, quasi mortalem Deum, contraque, ut tardam
 aliquam & languidam pecudem ad pastum, & ad
 procreandi uoluptatem hoc diuinum animal ortum

esse uoluerunt : quo nihil mihi uidetur esse absur-
dus . In hac nobilissima causa ferè versantur
disputationes philosophicę, nam posito fine
omnis quęstio uidetur quiescere . Hic locus
propèrè distinguit inter se artes omnes, nam
adhibito fine facile explicantur. A fine sole-
mus laudare, exhortari, definire. Vt Cicero
definit Antonium nõ esse consulem, qui con-
tra patriam regni cupiditate arma sumat. Ex-
plicantur & coniectura. Sic Cicero Cupidi-
tatem magistratus, & impunitatis spem Clo-
dio necandi Milonis coniectatur fuisse cau-
sam. Finis axiomata sunt. Vniuersa finem ha-
bent. Omnia finem amant. Finis melior ijs
quę sunt ad finem. Cuius finis melior, &
ipsum melius. Quod finis uicinius, & ipsum
melius.

De forma.

Forma est per quam vnaquęq; res est, hoc
ipsum quod est : & à cæteris distinguitur
rebus . Huius officium est vnamquamque rē
informare vnde propriè Forma dicitur : & di-
stinguere res inter se, ex quo vocatur Diffe-
rentia. Formam hic intelligimus tam inter-
nam & naturalem, vt hominis, equi, ignis : quā
externam & artificiosam, vt nauis, domus,
vestis . Ex hoc loco laudat hominem Ci-
cero, quod rationis sit particeps, hæc enim
hominis

hominis forma esse putatur : & hac ipsa dif-
fert, à cæteris animantibus. *Animal hoc prou- Legum. 1.*
dum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum
rationis & consilij, quem uocamus hominem, præ-
clara qualiam conditione generatum esse à supre-
mo Deo: solum est enim ex tot animantium generi-
bus atque naturis particeps rationis, & cogitatio-
nis, quum cætera sint omnia expertia. Eodem ar-
gumento ibidem probat hominibus cū Deo
quandam esse societatem. Quid est (inquit) nō
dicam in homine, sed in omni cælo atque terra ra-
tione diuinius? que quum adoleuit, atque perfecta
est, nominatur rite sapientia. Est igitur (quoniam
nihil est ratione melius, eaque & in homine, & in
Deo) prima homini cum Deo rationis societas.

Ibidem.

Hinc laudantur, vel improbantur ædificia
quod propter diuersam formam diuturniora
vel pulchriora dicantur. Virgil.

Æncid. 7

Tectum augustū, ingens, centum sublime columnis,
Urbe fuit media Laurentis regia Pici,
Horrendum siluis, & religione parentum.
Exortamur etiā seu deterremus à forma do-
mus, nauis, loci, &c,

Virgil.

Huc ades ò Galathea, quis est nam ludus in undis? *Eclogo 9.*
Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus antrō
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.

De inuentione

Formæ rerum naturalium, & præcipuè sensibilibium nobis ignotæ sunt, nisi quis formam tēperationem cuiusque rei interpretetur. Sua demus & dissuademus frequenter à forma rei. Coniectamus etiam non posse aliquid fieri ab aliquo, quod tali forma sit præditum: vt melius ferra scindet lignum, quam ascia, vel culter. Qualitatis quæstiones soluuntur ex hoc loco: vt si veliscōtendere visus præfidiū firmitus fore si hac vel illa forma turres & muri ædificentur. Axiomata, Vbi est forma, ibi est formatum: & contra. Vniuersa agunt, per formam, & tantum agunt, quantum forma tribuit.

De causa efficiente.

Efficiens causa est, à qua res est. Hæc multiplex & varia est. Sed primo trifariam distinguitur. Nam à re quæ facit, dicitur Absoluta, & Adiuuās: à re quæ fit, Procreās, & Conseruans: à modo efficiendi, Sponte, & Non spōte, qui modus postea septem in causas diuidetur

A B S O L V T A siue Princeps causa est quæ sola per se rem efficit: vt ignis caloris.

A D I V V A N V S est, quæ aut aliam adiuvat, aut ab alia adiuuatur: vt ministri, & instrumenta. Hanc distributionē Chrysippi philo-

philosophi esse testatur Cicero. *Causarum, in= De Fato.*
 quit Chrysippus, alie perfectae, & principales, alie
 adiuuantes, & proximae. Popularis opinio prin-
 cipem rerum omnium causam facit pecuniã:
 Vnde Horatius.

1. Epist. 6.

Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,
 Et genus, & formam regina pecunia donat:
 Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.
 Idem elegãter expressit Petronius Arbitr. In Saty.
 Quisquis habet nummos, securam nauiget aura.

Fortunamque suo temperet arbitrio.

Vxorem ducat Danaën, ipsumque licebit

Acrisum iubeat credere, quod Danaëus

Carmina componat, declamet, concrepet, omnes

Et peragat causas, sitque Catone prior.

Iurisconsultus Paret, non paret habeto,

Atque esto quicquid Seruius, & Laeio.

Multa loquor? Quiduis, nummis presentibus opta:

Et ueniet: clausum possidet arca Iouem.

Nisus apud Virgilium se solum cædis auto- A Enei. 9.
 rem profitetur.

Me me: adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste nec ausus,

Nec potuit.

Cic. Ac si princeps De prou-

eam sententiam dicerem, laudaretis profecto, si so-
 solus, certè ignosceretis. In causis adiuuantibus
 ministros actionis, & factionis intelligimus:
 item instrumenta vel animata, vel inanimata.

10 De inuentione

Natur.

Libr. 1.

Deo. lib. 1.

Cicero pro Marcello vtrumque caufarum
 ge nuseleganter coniunxit, dum Cęsaribel
 licas laudes cum multis, etiam cum fortuna,
 facit communes, clementiæ verò gloriam to
 tam ei tribuit. Apud eundem Velleius Epi
 curus impiè deridet Platonis Deum, à quo
 mūdum negat potuisse fabricari. *Quæ molitio*
(inquit) quæ ferramēta, quæ uestes, quæ machine,
quæ ministri tantī muneris fuerunt? Martialis
 sic colligit beatę vitę causas effectrices, ex bo
 nisanimi, corporis, & externis, siue For
 tunę

*Vitam quæ faciunt beatiorem,
 Incandissime Martialis hæc sunt,
 Res non parta labore, sed relictæ:
 Non ingratus ager, focus perennis:
 Lis nuquam: toga rara: mens quieta:
 Vires ingenue: salubre corpus:
 Prudens simplicitas: pares amici:
 Conuictus facilis: sine arte mensa:
 Nox non ebria, sed soluta curis:
 Non tristis torus, attamen pudicus:
 Somnus, qui faciat breues tenebras:
 Quod sis esse uelis: nihilque malis.
 Summum nec metuas diem: nec opes.*

Adiuuantes causę non raro à Latinis expli
 cantur per has particulas, A. Ab, Per. Vnde
fallun

falluntur Grammatici, qui putat orationem actiue vocis eodem sensu in passiuam posse commutari. Nam quum dicis, Dabo tibi argentum: & dabitur à me argentum: illic significas causam absolutam, hic verò adiuuantē, vt latè & perspicuè in nostris Grammaticis comprobauimus.

PROCREANS causa est, quæ primo rem efficiat: vt pater filij. Sic rerum inuentores & artifices. Procreandi enim verbum de rebus omnibus, quæ ex sese aliquid efficiunt est intelligendum. Hinc laudantur, vel improbantur homines & animantia à suis maioribus, & pro genitoribus.

Virgil.

AEncl. 4

*Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus
autor*

Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens

Caucasus, Hyrcanæque admorunt uberatigres.

*Terent. Ex illane familia tam illiberale, fecinus Adelp.
esse ortum?*

O Aeschine, pol haud paternū istud dedisti. Lau-

dantur & opera ab artificibus.

Virgil.

AEncl. 12.

Ensem, quem Danno ignipotens Deus ipse parēti

Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda.

Et qui aliquid primi inuenerunt. Horat. Pæ. Epist. 1.

*rios ego primus lambos ostendi Latio. Propert. Lib. 3.
tius.*

Ab

Ah pereat quicumque rates, & uela parauit

Primus, & inuito gurgite fecit iter.

Hinc illæ laudantium voces: Plato philosopho-
rum princeps: Stoicorum pater Zeno: Coniectu-
ras etiam explicamus: Virg.

A *Eneid.* 2. *At non ille, satum quo te mēi iris, Achilles,*

Talis in hoste fuit Priamo. Et quali-

tatis quæstiones explicantur. Horat. For-

Carm. 4. *tes creantur fortibus & bonis: Est in inuencis, est*

est in equis patrum Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam.

CONSERVANTES causæ sunt quæ

statum iam factæ rei tuentur: vt leges, iudices,

Pro Cluēt. magistratus. Cicero sic leges extollit. Hoc

enim uinculum est huius dignitatis qua fruimur in

rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons æquita-

tis: mens, & animus, & cōsilium, & sententia ciui-

tatis posita est in legibus. Vt corpora nostra sine

mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus ut neruis,

ac sanguine, & membris uti non potest. Legum

ministri magistratus: legum interpretes iudices: le-

gum denique idcirco omnes serui sumus, ut liberi

esse possimus. Non raro solet contingere, vt

vna eademq; res sit causa procreans, & con-

Epist. 1. seruians: quod de sapientia asserint Horatius.

Nil admirari prope res est una Numici,

Solaque, quæ possit facere & seruare beatum.

Reme. li. 1. *Et Ouidius ocia dixit esse matrem & nutri-*

cem amoris.

Hæc ut ames faciunt, hæc quæ fecer e tuentur:

Hæc sunt iucundi causa, cibusque mali.

Ociâ si tollas perire Cupidinis arcus,

Contemptæque iacent, & sine luce faces.

Tereat. Nostrum ne Aeschinum? nostram uitam **Adelph.**
omniû? in quo nostræ spes, omnesq; opes sitæ erât.

Idem. in te spes omnis Hegio nobis sita est: te so- **Ibidem.**
lum habemus: tu es patronus: tu parens: ille tibi mo-
riens nos cõmendauit senex, si deseris tu, perimus.

Ex procreâtibus & coferuâtibus causis laudamus, suademus, coniectamus, definimus, & de qualitate huberrime disputamus. Hinc omnis philosophorum disputatio de statu ciuitatis conseruando: hinc pars illa medicine de sanitate tuenda.

SPONTE ET NON SPONTE
causas efficientes sic explicat Aristoteles ad Theodetem. **Li. 1. ca. 10**
Quæcunque homines faciunt, aut faciunt per se, aut non per se: si per se, aut ex consuetudine, aut propter appetitum: qui appetitus aut est rationis compos, & dicitur voluntas: aut rationis expers, cuius duæ sunt partes Ira, & Cupiditas. Rursus quum per se homines non faciunt, Fortuna interueniente aut necessitate faciunt, & necessitatis vis duplex est, interna vt natura, externa, vt Violentia. Septem igitur sunt causæ humanarum

narum actionum : Consuetudo , Voluntas , Ira , Cupiditas , Fortuna , Natura , Violentia .

CONSVETUDO, mos, ars, habitus pro eodem ferè sumuntur. Consuetudine facere homines cicutur, quæcunq; agūt, quia illa sepe numero egerunt. Terent. *Iam factum est periculum, iam pedum uisa est uia.* Consuetudo est penè altera natura, vt his versibus testatur Euenus apud Aristot.

Phorm.

Ethic. 7.
c. 10.

Longos, quod paruum est meditando, permanet annos:

Atque in naturam tandem conuertitur usus.

Platarc.
de ualeat.

De factis.

Huc illud vitæ utilissimum Pytagore præceptum: *Optima uiuendi ratio est ligenda, eam iucundam consuetudo reddet.* Stilpo philosophus, vt ait Cicero, ebrius, & mulierosus natura fuit sed vitiosam naturam ita doctrina, exercitatione, & habitu edomuit, & cōpresit, vt nemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Et quum quidam Socratem ex aspectu stupidum, bardum, mulierosum iudicaret: Talis, inquit, eram futurus, nisi me philosophiæ excolendam tradidissem. Non ergo parum refert (inquit Aristoteles in Ethicis) sed per multum, utrum sic, an sic à pueris assuescamus: imo uero totum in eo positum est. Ex habitu & cōsuetudine virtutes & vi-

Lib. 2. c. 1.

tia

tia constant. Huc referuntur & artes, in quibus quisque & valet & peritus est. Virg.

A Enci. 7

*Tu potes uuanimes armare in prælia fratres,
Atque odijs uersare domos: tu uerbera tectis
Funereaſq; inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.*

VOLUNTAS, ut inquit Aristoteles, est boni appetitus cum ratione: nemo enim vult aliud, quam id quod bonum esse existimauerit. Cicer. *Quamobrem simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id quum constanter, prudenterque sit: eiusmodi appetitionem Stoici Bulesin appellant, nos appellemus uoluntatem.* Quibus verbis intelligimus consilium, & uoluntatem in idem recidere. **CONSILIUM** igitur, siue uoluntas, siue ratio est causa, quæ præmissa deliberatione cum aliqua utilitatis specie rem efficit. Hæc nobilissima causa est, ut pote quæ semper finem certum intueatur, quare in bonis rebus laudem & premium meretur, in prauis uero pœnam. Hinc coniectamus, qualis sit cuiusque animus & uoluntas. Hinc exorditur Cicero *Philippicas*, & *Verrinas* actiones.

*Ad Theo.
lib. 1. c. 10.*

Tusc. 3.

Pro Ligar.

*Idem suscepto bello
Cæsar*

Cesar, gesto etiam magna ex parte, nulla ui cōsilius iudicio meo ac uolūtate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Terent. Id uoluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio, Sperantes iam amoto metu, interea oscitantes opprimi: Ne esset spaciū cogitandi ad disturbandas nuptias Astute. Idem. Prudens, sciens, uiuus, uidensque perco. Cic. Prudens, & sciens ad interitum ruebā.

Eunuc.

Pro Ligar.

A Enci. 12.

Ad Iph.

A Encid. 1.

Eunuc.

Lactant.

falsarelig.

lib. 3. c. 28.

Pro Ligar

I R A, uel excandescencia fieri dicuntur ea quæ homines faciunt, ut pœnas infligant ijs, à quibus sunt læsi. Virg. Furijs accensus & ira. Teren. Vix sum apud me, ita ardeo iracundia.

CVPIDITATE aut libidine aguntur, quæ speciem præ se ferūt suauitatis, etiam si suauia non sint. Virg.

Impius ante aras, atq; auri cœcus amore, Clam ferro incautum superat. Terent. Hanc tibi mibi uel ui, uel clam, uel precario fac tradas, mea nihil refert, dum potiar modo.

FORTVNA est causa inopinati euentus. Hæc causa quia nullū habet propositū finē, semper consilio aduersatur. Huic subijcitur **IMPRVDENTIA**. Vnde illa Ciceronis deprecatio. Ignosce pater, errauit, lapsus ist: non putauit, si unquam posthac. Et paulo post. Erraui, temere feci, pœnitet: ad clementiam tuam cōfugio, delicti uentam peto, ut ignoscas oro. Quum verò nihil sine causa fiat (ut nos facerē

lireræ

literæ docent, vt in Exodi cap. 21. & Iob. capit. 5.) Christianum hominem dedecet aliquid fortunæ tribuere, quum præsertim id ab antiquis philosophis possimus edoceri. Aristoteles enim in magnis moralibus sic cōtemnendam fortunam esse docet. *Vbi plurimum rationis ac intellectus, ibi fortunæ minimum: ac rursus, ubi fortunæ plurimum, ibi minimum est intellectus.*

Lib. 2. c. 8.

Cui consonat Iuuenalis.

Satyr. 10.

Nullum numen habes, si sit prudentia: sed te

Nos facimus Fortuna deam, cœloq; locamus.

Et Horatius, quum de sapiente loquitur,

Lib. 2.

In quem mæca ruit semper Fortuna.

Sacy. 7.

Itaque quod alij Fortunam; nos FATV M,

Herod. li. 1

vel Dei voluntatem appellemus. Nam quum

Adrastus fratrem insciens interemit, deinde

etiam misso in aprum iaculo Croesi filium

transfixit: non id fortunæ, sed causarum seriei

tribuendum. Cice. *Ac mihi quidem, si propriū*

& uerum nomen nostri mali queratur, fatalis quæ

Proligar.

quedam calamitas, incidisse uidetur, & improbi-

das hominum mentes occupauisse: ut nemo mirari

debeat humana consilia diuina necessitate esse su-

persta.

NATVRA fieri dicuntur ea, quorum

causa in ipsis constituta est, ac certum quen-

dam ordinem seruant, vt aut semper, aut ple-

C

runq;

Tusc. 7. runque eodem pacto fiant. Cic. Natura inest
in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas
veri uidendi. Idem. Eodem temporis puncto
nati dissimiles & naturas, & uitas, & casus ha-
Satyr. 2. bent. Horat.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis: quot capitum uiuunt, totidem studiorum
Millia. Persius.

Satyr. 5. Mille hominum species, & rerum discolor usus,
Velle suū cuiq; est, nec uoto uiuitur uuo. Propert.

Libr. 3. Sunt quibus Eleæ concurrat palma quadrigæ,
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis,
Natura sequitur semina quisque suæ.

Pro Mil. Cicero. Est enim hæc iudices non scripta sed nata
lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: sed
ab ipsa natura arripimus, hausimus, expressimus:
ad quem non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti
sumus.

Ethic. 3. VIOLENTVM, inquit Aristote-
les, est id cuius principium extra est: atque
eiusmodi, ut nihil adiuuenti afferat is qui
agit, aut qui patitur: ut si quo ventus detu-
lerit: aut hi homines quorum sub potestate
sumus. Virgil.

Æneid. 12. Victus amore tui, cognato sanguine uictus,
Coniugis & mæstæ lachrymis, uincta omnia rupi.
Sunt

Sunt etiam quædam opera, quæ violenta
sint an voluntaria dubitat Aristoteles: vt quū
quis orta tempestate merces in mare proijcit.

Lib. 3.
Ethic.

Aut si quis tyrannus cuius in manu parētum,
aut liberorum vita posita sit, alicui, vt turpe
quippiam faciat, imperet: ita vt illi, si faciat,
salui sint: sin minus, moriantur. Sed hoc voce
mus Voluntarium missum, in quo tamen, te-
ste eodē Aristotele, plus voluntatis appa-
reat, optantur enim & eleguntur similes actio-
nes. Sic apud Homerum Iupiter Iunoni dicit,
Etenim ego tibi dedi uolens nolenti animo, quod

Iliad. 4.

imitatus est Virgilius, in iisdem personis:
Do quod uis, & me uictusque, uolensque remitto.

A Enci. 12

Cicero pro Milone multas simul efficiē-
tes causas coniunxit. Hoc & ratio doctis, &
necessitas Barbaris, & mos Gentibus, & feris na-
tura ipsa præscripsit, ut omnem semper uim qua-
cunque ope possent, à corpore, à capite, à uita sua
propulsarent.

Harum causarum perse, & per accidens
agentium maximus vsus est in laude, sua-
sione, coniecturis, finitionibus, & qualita-
te. Vt si quæras de premio, vel pœna confe-
rendis: maiora enim illis debentur premia,
qui consilio res præclaras egerunt, quam
illis qui vel fortuito, aut necessitate com-
puli.

De Materia.

Materia est ex qua fit aliquid: vt æs statua. Ex materia & forma res corporatas constare dicimus: vt homo constat ex corpore & anima, id est ex materia & forma. Artium materiam vocamus præcepta ex quibus constant. Vulgus materiam vocat circa quam artes versantur, sed improprie, nam illud potius subiectum dicitur. Hinc solemus res laudare, vel vituperare. Virgil.

Eclo. 7. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Metam. 2. Si factura gregem suppleuerit, aureus esto. Ouid.
 Regia Solis erat sublimibus alicia columis, &c.
 Hinc suademus & dissuademus, ædificandas naues aut aliquid simile, quia suppetit materia. Virgil.

Enei. Bis decem Italo texamus robore naues
 Seu plures complere ualent: iacet omnis ad undam
 Materis. Hinc conijcitur aliquid ab aliquo factum, quia materiam habuerit. Hinc definitiones aliquæ, vt animal insectum est quod ex putrido corpore procreatur. Hinc quaestiones qualitatis soluuntur: vt verus ne an adulterinus sit nummus ex materia dignoscitur.

Causarum omnium locus quum ad omnem quaestionem aptus est, tum præcipue ad deliberationem, & coniecturam est aptissimus. Nam in omni deliberatione duo quaeri solent

solent. Expediat ne, & possit ne fieri. Primum ex fine, posterius ex efficientibus explicatur. In coniectura item duo sunt præcipuè spectanda: Voluerit ne, &, an potuerit. Voluntas ex fine colligitur: Potestas ex causis efficientibus, præsertim adiuuantibus.

Hic dialecticæ inuentionis primus fons, vnde omnis humanæ scientiæ solida cōstantique cognitio demonstratioque promitur. Tunc enim verè propriè que scire iudicamus, quum rerum causas cognoscimus. Vnde verè poeta dixit:

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

Georg. 2.

De Effectis: siue, rem consequentib.

Effecta sunt quæ de causis existunt. Effecta, effectus, euenta, euentus eadem ferè significatione vsurpantur. Et dicta etiam aliqua vel orationes (quæ non sint testimonia, nam hæc suum habent locum) effectorum nomine censentur. Sunt enim dicta, eorum à quibus dicuntur, facta. Vt in coniectura Cicero colligit Clodium insidias parasse Miloni, quia rogatus à Fauonio, quæ spe fureret Milone viuo, respondit: *Triduo illum, aut summum quadriduo periturum.* Totidem porrò sunt effectorum genera, quot causarum. Nam causæ & effecta nomina sunt mutæ relationis: & quū positæ rei causas vidimus, quid ab eis

Pro Milo.

Epist. 1.

efficiatur quærimus. Sic Horatius, quum ali-
quot ebrietatis causas commemorasset, sic ef-
fecta describit.

Quid non ebrietas designat? operata recludit:
Spes iubet esse ratas: in prælia trudit inermem:
Solicitis animis onus eximit: addocet artes:
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

Philip. 3.

Ex hoc loco Cicero Antonium, Catili-
nam, Pisonem, & reliquos inimicos reprehē-
dit, quum eorum facta, dicta, & vitam antea-
ctam insectatur. Effecta præterea tribus tem-
poribus tractantur: Quid fecerit, dixerit,
quid illi acciderit: Quid faciat, dicat, quid illi
accidat: Quid sit facturum dicturus, quid sit ca-
surum. Cicero ex effectis qualis sit Anto-
nius futurus coniectatur. Quid hic uictor non
audebit, qui nullam adeptus uictoriam tanta sce-
lera post Cæsaris interitum fecerit? refertam eius
domum exhausserit? ad se omnia ex his ornamenta
traxerit? cædis & incendiorum causam quæsie-
rit ex funere? Paulo inferius quid faciat ex-
ponit: Atque is ab hoc iupetu abstractus consi-
lio & copijs Cæsaris, consensu ueteranorum, uir-
tute legionum, ne fortuna quidem fractus minuit
audaciam, nec ruere demens, nec furere desinit. Et
rursuseuenta considerat. Nihil est quod moneat,
nemo est tam stultus qui non intelligat, si dormie-

rimus

rimus hoc tempore, non modo crudelem superbam
 que dominationem nobis, sed ignominiosam etiam
 esse ferendam. Cicero effecta ad solas causas *In opic.*
 efficientes retulit, quia quum causarum me- *Libr. i.*
 minit, de solis efficientibus intellexit. Ro-
 dolphus Euëta nominat omnia genera facto-
 rum: & Effecta propriè, quæ de efficientibus
 existunt: & Destinata, quæ à fine fiunt. Nos
 ex omnibus causis vocamus Effecta, & ex
 causa etiam materiali posse considerari: Ovi- *Met. 15.*
 dius enim vnde apes, crabrones, scorpiones,
 bombyces, ranæ generentur eleganter de-
 scribit.

Si qua fides rebus tamen est addenda probatis
 Non, ne uides quæcunque mora, fluuidoque calore
 Corpora tabuerint, in parua animalia uertit
 I quoque, delectos mactatos obruet auros
 (Cognita res usu) de putri uiscere passim
 Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum
 Ruracolunt, operique fauent, in spemq; laborant.

Pressus humo bellator æquus crabronis origo est.
 Concaua littoreo si demas bracha Cancro
 Cætera supponas terræ, de parte sepulta
 Scorpius exhibit, caudaque minabitur unca.

Quæque solent canis frondes intexere filis
 Agrestes tineæ (res obseruat colonis)
 Ferali mutant cum papillione figuram.

Semina limus habet uirides generantia ranas.

*Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat: utq; eadem sint longis saltibus apta,
Posterior superat partes mensura priores.*

Causę & effecta non aperte aliquādo distinguntur, quia tenui distant discrimine: Nā vt opera laudantur ab artificibus, sic etiā artifices ab operib. & inuētores ab inuētis, vt Apelles ex tabulis, & Ceres ab inuento frumento laudatur. Huc etiam referuntur & consilia, vt Parmenionem, & Philotam interfici iussit Alexander propter coniurationis suspicionem, Axioma: Cessante causa cessat effectus.

Causarum ordo duplex est, vnus procreationis, qui Genesis dicitur, in quo prima est materia, secunda efficiens, tertia forma, vltimus finis: Alter resolutionis, qui Analysis nūcupatur, in quo primus est finis, secunda forma, tertia efficiens, vltima est materia.

De subiectis & Adiunctis.

Subiecta & adiuncta, quemadmodū Causę & Effecta inter se conferuntur, Subiecta sunt quę subijciuntur adiunctis, Adiuncta sunt, quę subiectis adiunguntur. Quorum omnium tripertita distinctio est. Nam aut insunt in re ipsa: & dicentur Accidentia (quāuis apud Aristotelem accidentis nomen latius pateat) aut circa rem versantur, & dicuntur Obiecta: aut rem tantum circumstant: quę
Circun-

Circumstantiæ possunt appellari. In his tribus modis permiste apponam exempla ex subiectis ad adiuncta, & contra: lector diudicabit.

Primo modo animum dicimus esse subiectum virtutis, vitij, solertiæ, inertæ quæ vocatur animi bona.

Corpus etiam subiectum est quantitatis, qualitatis, virium, valetudinis, & formæ. Quæ dicuntur bona corporis. *Martial.*

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus. *Libr. 12.*

Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

A locis in quibus nascuntur, aut reperiuntur, merces laudari solent: vt Vina Falerna. Lang Tarentine: sic Virgilius quorundam arborum subiecta describit.

Fraxinus in pluis pulcherrima, pinus in hortis,

Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

Hinc suademus expetenda bona animi quia hereant in animo. Hinc ex signis faciei Medici de prospera vel aduersa valetudine augurantur. Huc referuntur propriæ affectiones, vt in homine ridendi, in lupis ululandi, in canibus latrandi. Conijcimus & cædem ab eo factam qui sit seditiosus. Describimus etiam res varias ex adiunctis, præsertim quum illarum propria vis & natura ignoratur. Quæ est descriptio herbarum apud Plinium, &

Dioscoridem.

Secundo modo visus circa colores versatur, & obiectū auditus est sonus, odoris odoratus, Grammaticæ congruens oratio, Rhetoricæ ornatus, Dialecticæ oratio. sic omnibus virtutibus & vitijs sua sunt obiecta: vt fortitudo versatur circa pericula. liberalitas circa diuitias. Cicero. *Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset, eas omnes se se hoc uno prætorè per triennium pertulisse.*

Verr.

Legè Mā.

Idem. *Non enim solæ sunt illæ virtutes imperatoris quæ vulgo existimantur, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. Proper,*

Libr. 2.

Nauita de uentis, de tauris narrat arator,

Et numerat miles uulnera, pastor ones. Virg.

Eclog. 2.

*Torua læna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciuia capella,*

Te Corydon ò Alexi: trahit sua quemq; noluptas.

1. Catil.

Tertio modo enumerantur quæ rem circumstant, vt vestitus, apparatus Sodalitia, cõmitatus. Cice. *Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis paricida, quis testamentorum subiecto, quis circūscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus, quis perditus inueniri potest, qui se se cum Catilina nõ*

¶ milia

familiarissimo uixisse fateatur? Virgil.

It portis iubare exorto delecta inuentus:

A Enei. 4.

Retia rara plagæ, lato uenabula ferro:

Massyliq; ruunt equites, & odora canum uis:

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pœnorum expectant: ostroque insignis & auro

Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.

Tandem progreditur, magna stipante caterua,

Sydoniam picto chlamydem circumdatâ limbo,

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurû.

Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Circumstantiæ rerum omnium (vt in vniuersum dicamus) quinque sunt: Persona. Locus. Tempus, Modus, Causa.

PERSONARVM attributa sunt, Natio, Patria, Genus, Sexus, Nomē, Aetas, Dignitas siue conditio, Educatio, Habitus, Affectio, Studia, Viētus, Bona animi, Bona corporis, Bona externa, siue Fortunæ. Facta, siue casus, siue oratiōes, Mors. Quū personā dico, animantia etiā intelligo, atq; etiā ciuitates, & similia. Sed hæc singula latius excutiamus, etiā si ad ea, quę iam dicta sunt, referri possint.

Natio admonet quod sit cuiq; genti peculiare ingenium, aut mores proprii. Non enim idem probabile est in Barbaro. Italo, & Græco. Cic. Iudices legit Græcos, ò confessū iudicium Philip. 5. præclarum. Idem. Quam uolumus licet ipsi nos Aruf. ref.

amemur.

amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superauimus.

Patrię tractandę eadem erit ratio. Multum enim refert sit ne aliquis Colchus, an Afsirius Thebis nutritus, an Argis. Hic consideramus patrię ne claritati responderit, an humilitatem superauerit. Virg. *Nec me Argolica de gente negabo.*

Genus, quibusquis maioribus sit generatus ostendit. Horat.

1. Carm. *Mecenas atavis edite regibus. Ouidius.*

Epist. 6. *Sit te nobilitas generosaq; nouina tangunt,*

En ego Minoonata Thoante ferar.

Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona

Præadiat stellis, signa minor a suis.

Sexus etiam varia suppeditat argumenta: facinus enim magnum plus laudis habet in fœmina quam in viro, & beneficium in fœmina, surtum in viro credibilius. Virgil.

AEne. 14 *Varium & mutabile semper Fœmina.*

Nomen diuiditur in Notationem, & Coniugata. Notatio siue nota, siue etymologia est genuina nominis interpretatio: vt illud Adami: *Hæc uocabitur Virago, quia de uiro sumpta est.* Omnia vero nomina propria Hebræa & Græca suam habent notationem: vt Jacob, Israel, Hector, Ajax, Achilles. Sed in nominibus

nibus appellatiuis crebrior vsus apparet : vt
 consul à consulendo, rex à regendo, senatus à
 senibus : sic dialectica est disserendi doctrina.
 & consul non est, qui patriæ non consulit.
 Coniugata dicuntur, quæ ab eodem princi-
 pio orta variè commutantur : vt iustus, in ius-
 titia, iustè. vt si iustitia est laudabilis, etiam ius-
 tus est laudabilis, & iustè agere, laudabile
 erit. Si peccatum ipsum displicet, cur placet
 peccare;

Terent.

Hecub.

Homo sum, humani a me nihil alienum puto.

Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores:
 quia aliud alijs annis magis conuenit. Locus
 hic cum ad alia utilis, tum præcipuè ad affe-
 ctus mouendos. Virg. *In festo puer, atque im-*
par congressus Achili. Idem. *Dauni miserere*
senectæ. Idem. *Caniciem malto deformat pul-*
uere. Idem.

A En ei. 1.

A En ei, 12

A En ei. 10

Tutatur fauor Eurialum, lachrymæq; decoræ
Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus.

A En ei. 5

Dignitas, fortuna, siue conditio. Clarus,
 an obscurus : magistratus, an pauatus: ciuis,
 an peregrinus: liber, an seruus. Terent. Phorm.
Seruum hominè causas orare leges uon sinūt. Vir.
Exulibus ne datur ducenda Lauinia Taueris? Idè.
Et nostris illu serit aduena regnis? Mouet & hic
locus affectus : Nihil est euim tam miserabile,
quam ex beato miser: vt inquit Cicero. Ouidius

A Duci. 7

In part.

Hecubam

Hecubam sic inducit loquentem.

Meta. 13. Sed finita tamen, soli mihi Pergama restant,
In cursuque meus dolor est, modo maxima rerum
Tot generis, natisque potens, nuribusque, uiroque
Nunc trahor exul, inops, tumulis auulsa meorum,
Penelope munus, quae me data pensa trahentem
Matribus ostendet Ithacis: Hæc Hectoris illa est
Clara parens: hæc est, dicens, Priamæa coniux.

Educationis consideratio in laude & con-
iecturis copiosam præbet materiam, docet
enim quomodo, quibus in locis, à quibus, &
cum quibus fuerit quis educatus, aut vixerit.

Philipp. 2. Cice. Qui autem tibi uenit in mentem, redigere in
memoriam nostram te domi P. Lentuli esse educa-
tum? An uerebare ne non putaremus natura te po-
tuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam
disciplina? Virgil.

Æneid. 9 Durum ab stirpe genus, natos ad flamina primum
Deferimus, seuoque gelu duramus, & undis.
Venatu inuigilant pueri, siluasque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

Habitus hic pro consuetudine, siue confir-
mata exercitatione capitur. Virgil.

Ibidem. At patiens operum, paruoque assueta iuuenius,
Aut rastro terra domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, uersaque iuuenium
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat uires animi, mutatque uigorem.

Caniciem

Caniciem galea premimus, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere raptò.

Vide con-
suetudo
p. 14.

Affectio est animi aut corporis ex tempo-
re aliqua de causa commutatio, vt letitia, cu-
piditas, metus, molestia, debilitas. Terent.
Erubuit, salua res est.

Adelph.

Studia vocamus ad quæ quisq; natura pro-
pensus est. Terent. Quod plerique omnes faciunt
adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiun-
gant, aut equos alere, aut canes aduenandū, aut ad
philosophos: horum ille nihil egregiè præter cæte-
ra studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Victus, in quo etiã & vestitū intelligimus, Vide Nat-
spectatur luxuriosus sit, an frugi: sordidus, an tura. 17.
splendidus. Ter. Lana ac tela uictum queritans.
Cicer. Qua in re prætereo illud, quod mihi maxi- Andr. pro
mo argumento ad huius innocentiam esse poterat: Rofc.
in uictu arido, in hac horrida incultaque uita male-
fici agigni non solere.

Bona animi sunt virtutes. Hic videndum
erit quid sapienter is quem laudes, quid libe-
raliter, quid fortiter, quid iustè, quid magnifi-
cè, quid piè, quid gratè, quid humaniter, quid
denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut
tulerit.

Virgil.

Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Consuetu.
14.

Bona corporis, vt forma, valetudo, vires, di-
gnitas

dignitas oris.

A Enci. 7. Filius huic iuxta Lausus quo pulchrior alter
A Enci. 1. Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Idē.
 Restitit Aeneas claraque in luce refulsit.
 Os, humerosque Deo similis.

Heaut. Bona exetna siue Fortune sunt opes, di-
 uitia, liberi, coniuges, propinqui, amici. Te-
 rent. Atque hæc perinde sunt, ut illius animus qui
 ea possidet: Quil uti scit, ei bona: illi, qui non utitur
 recte, mala.

Facta, casus & orationes, quibus adde mi-
 racula, præfagia & huiusmodi. Vide supra
 Effecta.

Libro. 2. Mors etiam suam laudem habet. Lucanus
A Enci. 10 de Catone: *QUIS* nollet ab isto En se mori? Virg.
 Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
 Aeneæ magni dextra cadis. Huc referuntur de-
 creta publica post mortem, statuae, diuini ho-
 nores.

LOCVS consideratur in quo res gesta
 fit ex opportunitate quam videatur aliquis
 habuisse ad negotium administrandum. Eaq;
 opportunitas queritur ex magnitudine, in-
 teruallo, longinquitate propinquitate, solitu-
 dine, celebritate, natura ipsius loci, & vicini-
 tate totius regionis. Tum etiam queritur sa-
 cerne sit, an profanus: publicus, an priuatus:
 alienus an ipsius de quo agitur: desertus, an
 cultus:

'cultus: munitus, an neglectus: campestris, an
 montanus: siccus, ad aquosus. Cice. Carthagi-
 nenses fraudolenti & mendaces. non genere, sed na-
 turaloci: quod propter portus suos multis & ua-
 rijs mercatorum sermonibus ad studium salendi stu-
 dio questus uocabantur. Virgil.

In Agrar.

Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi
 Imminet, aduersasque aspectat desuper arces:

AENEI. 1.

Miratur molem AENEAS, magalia quondam,

Miratur portas, strepitumque & strata uiarum:

Cicero in Antonium. Tantum uini in Hip-
 piæ nuptijs hausisti, ut tibi necesse fuerit in conspe-
 ctu populi Romani uomere postridie. Mouentur
 sepiissime affectus à loco. Virgil.

Philip. 2.

Inter sacra Deum, nocturna que orgia Bacchi

Georg. 4.

Discerptum iuuenem latos spaserè per agros.

TE M P V S, vt præteritum, instans, futu-
 rum. In præterito eleuamus ea quæ propter
 vetustantem obsoluerunt, vt in credibilia vi-
 deantur, & iam in fabularum numero repo-
 nantur. Aut laudamus iam diu gesta, & à me-
 moria nostra remota, quæ tamen fidem
 faciant, verè tradita esse. Et quæ nuper sunt
 gesta, quæ scire plerique possint. In præ-
 senti & futuro tractantur quæ maximè fiant,
 vt quid ocius, quid serius fiat, aut sit futurum:
 Temporis partes sunt annus, mensis, dies,
 nox, hora, nuuc, olim, noctu, interdium. Cice-

D

ro de

Polip. 5. ro'de Antonio: Ipse interea decem & septem dies (ut digestio potius, quam declamatio uidetur) de me in Tyburtino Scipionis declamauit,

Georg. 4. A tempore quoque mouetur affectus. Virg. Septem illum toros perhibent ex ordine menses Rupe sub aëria, deserti ad Strimonis undam

AEnei. 6. Fleuisse. Idem de Palinuro naufrago. Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes Vexit me uolentus aqua, uix lumine quarto Prospexi Italiam. Huc refertur OCCASIO, quæ est pars temporis habens in se aliquis rei doneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem: ut ludi, dies festus, bellum, metis, vindemia, calor, frigus, nuptiæ, sacrificium, funus, conuiuium, somnus. Terent. In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est primum.

Heaut.

MODVS est quum, quemadmodum factum aliquid sit consideramus: ut prudenter, an imprudenter, clam, palam, dolo, manifestè, occultè. Virgil.

Eclog. 3.

Non ego te uidi Damonis pessime caprum

AEnei. 8. Excipere insidijs? Idem de crudelitate Mezentij.

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis,
Couponens manibusque manus, atque oribus ora
Tormenti genus, et sanie taboque fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

CAUSA est ea quæ inducit ad factum commodorum spe, aut, incommodorum euitatio

tatione. Vide supra de causis.

Ex subiectis & adiunctis huberior vsus nobis ad disputandum offertur, quam ex causis & effectis: nam etsi causæ certiores sunt, cæ plerunque nos latent: at adiuncta latissimè peruagantur. Ex his enim sunt signa, siue indicia quibus vnamquamque rem probare aggredimur. Cuiusmodi sunt quæ rem præcedunt, vt eadem apparatus, colloquia, locus & tempus constitutum. Et quæ contingunt in opere ipso: vt cum eadem pedum strepitus, clamor, vlulatus. Et quæ rem consequuntur, vt eadem pallor, tremor, rubor, titubatio. Talibus adiunctis venatores feras indagant: iudices de rerum factis suspicantur: astrologi de pluuia, ventis, serenitate augurantur. Sed hæc (vt inquit Cicero) *partim singula mouent suo pondere, partim etiam si uidentur esse per se exigua, multum tamen quum sunt coaceruata proderunt.* Vnde Ouidius.

In part.

2. Red.

Forfitan hæc aliquis (nã sunt quoq;) parua uocabit.

Sed quæ non prossunt singula, multa iuuant.

Tu tantum numero pugna, præceptaque in unum.

Contrabe, de multis grandis acerrus erit

De comparatis.

Comparata sũt quãdo duæ pluresue res in re alia tertia cõferuntur: vt si maiora tui si, & hoc potestis ferre. Si de cẽ pondo suble

D 2

vauit

Aristo. 2. Top. uauit, & quinque subleuabit. Sunt autem tria genera cōparationis, Paria Maiora, Minora.

Paria sunt, quum ex re pari parem colligimus. Virgil.

Aenei. 10 Namina nulla premunt mortali urgemur ab hoste
Mortales, totidem nobis animæ q; manusq; Ouid.

Remed. Iudice me fraus est concessa repellere fraudem:

Armaq; in armatos sumere iura sinunt. Teren.

Adelp. Quando ego non curo tuum, nec cura meum.

Axiomata parium. Quod valet in re pari, valeat in re quæ par est. Quod in re pari non valet nec valeat in re quæ par est.

2. Topic. c. Maius vocat Aristoteles, non quod maius re vera est, sed quod magis inesse rei videtur, & plus obtinet virium ad probandum. Semper autem procedet negando: vt Si Hercules non potuit, nec tu poteris. Rursus, Si non potuit vicum expugnare, neque ciuitatem expugnabit. Terent. *Satrapes si fiet amator nunquam sufferre eius sumius queat, nedum tu possis.* Aliquando latet negatio. Terent. *Nā quem ferret, si parentem non feret suum?* Idem. *Alios tuam rem magis credidisti, quam te animaduersuros?* Id est: Si tu tuam rem non curas, minus alij curabunt. Axioma. Quod in re maioris fidei non valet, nec valeat in re minoris.

Heut.

Heaut.

Phorm.

2. Topic.

cap. 4.

Minus vocat idem Aristoteles quod minus ad rem probandam videtur inesse. Semper

per

per affirmando procedet: vt si urbem expugnauit, & vicum expugnabit. Virgil.

Opasti grauiora: dabit Deus his quoque finem. A Enci. 1.
& illud quod citatur ex Ouidij Medea.

seruare potui, perdere an possim rogas? Axioma. Quod in re minoris fidei valet, valeat in maioris. Huc Solent referri SIMILIA, ET DISSIMILIA. sed ex his nulla possumus educere vera argumenta. Propterea illa reijciemus ad testimonia. Axioma. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanēt sunt æqualia. *De oppositis.*

Opposita vel dissentanea sunt quæ in eadem re simul affirmari & negari nō possunt. Hæc diuiduntur in Contraria, & Repugnantia. Contraria sunt, quorum vnum vni tantum certa lege repugnat: vt candor nigro. Repugnantia vero, quorum vnum multis eadem lege repugnat: vt legere, & dormire: Socrates. & Plato. *Plato in Acib. 2.*

CONTRARIA in quatuor genera diuiduntur, Aduersa, Relata, Priuantia, Contradicentia.

Aduersa sunt quæ sub eodem genere comprehensa plurimum inter se differunt: vt virtus & vitium sub habitu: candor & nigror sub colore: dulce & amarum sub sapore. Aduersa etiam dupliciter intelliguntur, quædam enim

medium habent: vt dulce & amarum: quædam carent medio: vt par, & impar. In illis affirmato vno tollitur alterum, non contra: vt si dulce est, amarum non est: at si dulce non est poterit esse austerum vel acre: in his vero utroque modo recurrit argumentum: vt Si par est, non est impar: si est impar, non est par.

Virgil.

Libr. 2.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Relata sunt, quorum vis & natura in mutua relatione sita est: vt pater, & filius: dominus, seruus: magnum, paruum: vt debemus esse se paucis contenti, quia multitudo perturbationem affert.

Tibull.

Libr. 1.

At uos exiguo pecori furesque lupique

Parcite, de magno est præda petenda grege.

Sic mihi seruitium uideo, dominamque paratam:

Tu mihi libertas illa paterna uale.

Hæc ab Aristotele vocantur ad aliquid, Cicero vocat Relata, & Quæ cum aliquo conferuntur, aut comparantur.

Priuantia sunt, quæ priuationem, & habitum rei declarant: vt nox, dies: sobrius, ebrius: dignitas, indignitas. Præpositio enim IN, priuat verbum ea vi, quam haberet, si in præpositum non fuisset.

Libr. 3.

Martial.

Ebrius es, nec enim faceres hæc sobrius unquam.

Hæc

Hęc differunt ab aduersis, quod illa sub eodē genere, hęc in diuersis cōtinentur: vt nox & dies. A relatis, quia relata inter se cōferuntur.

A cōtradicētibus, quia negatio significat id omne, quod non est in re affirmata: priuatio tantum quod non est in ea re quę nata est suscipere habitum: vt animal vocatur surdum, aut mutum: lapides vero non item, sed non videntes, aut non audientes.

Contradicentia sunt, quorum vnum ait, alterum negat idem: vt Socrates docet, Socrates non docet. Omnia possumus omnes, non omnia possumus omnes. Martial.

Quam facias uersus nulla non luce ducentos:

Libr. 2.

Vare nihil recitas, non sapias: atque sapias.

Fit autē contradicō tribus his modis: Petrus est iustus, Petrus nō est iustus. Omnis homo est cādidus, nullus homo est cādidus. Omnis homo est candidus quidā homo non est candidus: Axioma cōtradicōnis. Cōtradicōnis ambę partes simul verę esse non possunt.

Repugnantia sunt, quorum vnum multis eadem lege repugnat. vt homo lapidi. Virg. *A Enci. i.*
Nec uox hominem sonat: ò Dea certe.

Contrariorum vsus (si causę & adiuncta desint) frequentissimus est. In ceteris argumentis plus est lucis ad docendum, in contrarijs plus roboris ad impellendum. Nam qui

iusta ratione doceri non potuit, aliquando contrarij absurda cōsecutione mouetur: sunt enim interdū aliqua deprauata ingenia, quæ magis pulsata, quam monita doceantur.

De diuisione. Vbi de Genere, & Specie.

HActenus de simplicibus differuimus, nūc de coniunctis agendum est, quæ duo tantum sunt, Diuisio, & Difinitio. Diuisio est totius in partes distributio. Quot autem sunt genera totius, totidem & partium erunt. Sunt autem numero quatuor. Ex causis, & effectis, ex subiectis & adiunctis.

Proprie hæc est Partitio, quia partes non sunt idem cū toto. Diuisio ex causis est quando res diuisa est effectum, & partes sunt causæ, vt homo diuiditur in animum & corpus. Et homines alij ad agendum, alij ad contemplandum sunt nati. Et Dialectica cōparatur natura, arte exercitatione. Huc pertinent distributiones poetarum, & oratorum, quum totam sibi propositam materiã in certas partes diuidūt. Virg.

Georg. 1. Quid faciat letas segetes, quo fidere terram
Vertere Mecenas, ulmisque adiungere uites
Conueniat, quæ cura bouum, quis cultus habendo
Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis.

Pro Mure. Hinc canere incipiam. Cicer. Intellego iudices, tres totius accusationis partes fuisse: & earum unam in reprehensione uitæ, alterã in conten-

tion

tionedignitatis, tertiã in criminibus esse uersatam.

Diuisio ex effectis est, quum res diuisa est Diuisio est
 causa, & partes effecta: ut homines alij glo- quãdo par
 rix, alij quæstui, alij rerum cognitioni studēt. tes sunt
 Cicero diuidit virtutem in prudentiam iu- idem.
 stitiam, fortitudinem, & temperantiam, sic: Offic. 1.

Sed Omne quod honestum est, id quatuor partium
 oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia ueri,
 solertiaque uersatur: aut in hominum societate
 tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum con-
 tractarum fide: aut in animi excelsi atque inuicti
 magnitudine ac robore: aut in omnium, quæ sunt,
 quæq; dicuntur, ordine & modo, in quo inest mode-
 stia & temperantia. In hac distributione ex
 effectis, diuisio generis in species excellit ma-
 ximè. GENVS est essentia multorum simi-
 lis: vel genus est notio communis, quæ plu-
 res formas sui similes complectitur: ut animal
 ad homines, equos, boues. Homo ad Socra-
 tem, & Platonē. SPECIES seu Forma, est
 pars subiecta generi: ut homo, bos, formica ad
 animal. Sed & genus & formæ sunt ueluti
 causæ, & effecta. Nam genus ueluti causa
 formarum dici potest, & formæ ipsæ ueluti ef-
 fecta. Nec refert utrum dicas: Animal diuidi-
 tur in hominem equum, bouem, &c. an ani-
 mal diuiditur in rationale: & irratoinale, nam
 utroque modo species intelligitur, quum ge-

uidis. Axiomata. A genere vniuerso ad speciem negando, aut affirmando valet argumentum: vt si omne animal viuit, & piscis viuit. Et si nullus piscis respirat, neque delphinus. Ali- ter (nisi negando) non valet argumentum: vt si arbor non est, laurus vtique non erit. Ab specie affirmata genus probatur: vt si laurus est, arbor est. Refellitur autem genus, si omnes tolluntur species: vt Si neque terrestre, neque aquatile neque volatile est, animal non erit.

Martialis.

Libr. 7.

Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,

Bis nobis dicis, Bacchara, terque die.

Appellat rigida tristis me uoce Secundus,

Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Pensio te coram petitur, clare que, palamque:

Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Esse queror gelidasque mihi, tritasque lacernas:

Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Hoc opus est, subito fias, ut sidere mutus,

Dicere ne possis, Baccara, quid si opus.

Ad speciei argumentum pertinent omnia fe- re exempla, que rebus generaliter proposi- tis subiunguntur. Cicer. *Diij presentiam suam exhibent hominibus, ut Castor, Pollux, Fauni.*

2. natu. D.

Diuisio ex subiectis quum res diuisa est ad iunctum, partes vero subiecte: vt Colores, alij in rebus animatis, alij in inanimis cernun-

tur:

tur. Et Philosophia aut circa mores, aut circa res naturales, aut circa rationem differendi versatur. Et Vestimenta, quædam virorum, quædam mulierum. Cice. Fuit iam à Platone *Acad. 1.* accepta philosophandi ratio triplex: una de uita & moribus: altera de natura, & rebus occultis: tertia de differendo, & quid uerum, & quid falsum, quid rectum in oratione prauumque, quid consentiens quid repugnans iudicando. Catullus. *In epital.*

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est:

Tertia pars matri data: pars data tertia patri:

Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Diuisio ex adiunctis, quæ res diuisa est subiectum, & partes adiuncte: ut illud Biantis:

Vxor ducenda non est: nam aut formosa erit, aut deformis: formosa communis erit, deformis pœna.

Et corpora dicimus alia alba, alia nigra, alia medio quodam affecta colore. Virgil.

Quinque tenent cælum zone: quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni.

Quam circum extremæ dextræ leuæque trahuntur
Cerulea glacie concretæ, atque imbribus atris.

Has inter mediamque duæ mortalibus agris

Munere concessæ Diuum. Huc referenda est diuisio accidētis in accidētia: ut Omne cādidū aut dulce. aut amarū est. Id est omnis res que subiecta est cādori, nā candori per se nō cōuenit

Georg. 4.

nit sapor. Axiomata, siue regulæ diuisionis, diuilio retro commeet. Nihil illi desit aut super sit.

De Difinitione.

Difinitio est oratio quæ breuiter naturam rei explicat. Naturam uoco, hoc ipsum quod res est. Quæ si corporata sit, nihil aliud est, quam partes essentielles simul sumptæ: ut Homo est animal rationis compos. Sin autem uacat corpore finis est, & causa efficiens: ut Dialectica est ars differendi. Definitio uero duplex est. Propria & impropria. Propria item duplex, Nominis, & Rei. Definitio nominis est Etymologia & notatio nominis. Et uera etymologia difinitio est, ut Platonipla-
In Cratyl. cet, qui nomina ex Pytagore doctrina, tradit natura significare. Et Adam primus pater nomina ita rebus imposuit, ut ipsum esset nomē earum, nec aliter uocari possent. Quomodo autem nomen accipi debeat, & diuidi, diximus. Rei uero corporeæ difinitio ex omnibus causis duci potest. Sed incorporeæ (quia forma & materia caret) non nisi ex efficiente & fine. Itaque ex solis causis propria difinitio cōsistit. **DESCRPTIO** uocabitur: ut ab effectis: *Res est solliciti plena timoris amor.* Ab adiūctis: *sama malū, quo non aliud uelocius ullum, &c.* A contrarijs. *Virtus est uitium fugere.* A simili: *Stulte, quid est somnus gelide*

Ouid.

Virgil.

Horat.

Ouid.

de nisi mortis imago? Huc spectant innumere
poetarū descriptiones, vt somnij, luci, vrbis,
regionum, fluminum, montium, animalium.
Huc etiam refertur PERIPHASIS: vt *Virgil.*
Tempus erat quo prima quies mortalibus agris in-
cepit, &c. Axiomata seu regulę definitionis.
Definitio propria debet constare ex genere
& differentijs. sed tamen quia differentię re-
rum ignorantur, vtimur proprijs affectioni-
bus pro differentijs. Definitio retro debet
commeari. Sit brevis, modo perspicua. Ver-
bis proprijs non translatis vtatur.

De Testimonijs.

INSITIS expositijs argumentis, ad assumpta
nos conuertamus. Hęc sunt testimonia Di-
uina vel humana, & similia, & dissimilia.
Diuina testimonia sunt quę vel à Deo vel ab
hominibus, alijsue naturis instinctu diuino
afflatis funduntur.

Tibullus

Quod si uera canunt sacris oracula templis

Lib. 3.

Hęc illi nostro nomine dicta refer:

Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse,

Felix, ac alium desine uelle uirum.

Sic Neptunus prædicit mortem Palinuri.

A Enci. 12

Vnum pro multis dabitur caput. Et oracula, mi-
racula presagia. Humana testimonia sunt
Philosophorum, Poetarum, Oratorumque
sententię. Pacta. Leges. Testes, Tormenta,

Iusiuran-

Iusiurandum, Preiudicia, Rumores, Tabule.
 Est quoque testimonij quedam vis, quum iu-
 bemus contradicentem experiri. Terent. *Fac*
periculum in literis, fac in palestra, in musicis: que
liberum. Scire equum est adolescentem solertem
dabo. Ouid. (dar,

Eun.

3. Trist. *Quod magis ut liqueat, ne ue hoc ego fingere cre-*
Ipse uelim penas experiare meas.

Humana testimonia etiam si valent apud im-
 peritos, tantum tamen fidei habebunt, quan-
 tum ratio permiserit. Nam causa, cur dicta
 sint, est consideranda: deinde testes vita, mo-
 resque examinaudi. Pythagorei discipuli om-
 nem hoc solo argumento soliti erant questio-
 nem dissoluere. IPSE DIXIT. Similia
 sunt que cum quadam proportione siue ana-
 logia conferuntur. in quibus duę res duabus,
 vel plures pluribus assimilantur. quale est il-

Lib. i. c. 6. lud Aristotelis in Ethicis: *Vt oculus in corpore,*
sic mens in animo. Huc referuntur omnes ferē
 similitudines poetarum, quas improprie com-
 parationes uocant. Ouid.

1. Trist.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspicienda fides.

A Enei. 1.

Et quum Tyrij assimilantur apibus, sic est
 adaptanda proportio: Quemadmodum apes
 se gerunt circa mella, prolem, & custodiam.
 sic Tyrij circa muros, urbem, & magistratus.

Hinc

Hinc etiam sunt illa, quæ dicunt Impossibilia.

Virgil.

Eclog. 1.

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui;

Et freta destituent nudos in littore pisces:

Quam nostro illius labatur pectore uultus.

Proportio est: quemadmodum cerui nunquam pascentur in aere, sic illius uultus, nunquam mihi excidet. Item illa.

Infreta dum fluuij current, dum montibus umbræ

A Enci. 1.

Lustrabunt, conuexa palus dum sidera pascet,

Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Analogia est: tandiu nomen tuum perpetuum erit, quandiu mare pascet sidera. Signa simili sunt Tam, quam: tanto, quanto: talis, qualis, & similia: vt, Tam deest auaro quod habet,

Publian.

quam quod non habet. Catullus: Tanto pessimus omnium poeta: Quanto tu optimus omnium patrum.

Ad Cicer.

Dissimilia, siue Differētia sunt quæ in analogia comparata discrepant. Cic. Certus dies non ut sacrificij, sic consilij expectari solet. Idem.

Philip. 3.

Quanquam dissimilis est pecunie debitio, & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipso quod habet refert.

Pro Plan.

Horat.

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Cic. Non enim furem, sed creptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae: non sacri

Lib. 3. Epi

le gum

Verr. 5.

le gum

legum, sed hostem sacrorum religionumque: non
 sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, so-
 ciorumque in uestrum iudicium adduximus. In si-
 milibus denique & diisimilibus argumenta
 nullasunt, sed quæstiones potius ipsa sunt. Et
 magis ad amplificandam orationem, & rem
 ob oculos ponendam, quàm ad probationem
 inducuntur. Neque refert ficta sit an vera si-
 militudo: nam & AEsopice apologi & alię
 fabellę ad rei propositę declarationem inse-
 runtur. Vnde recte Quintilianus *Præclare uo-*
Lib. 3. c. 3. ro ad inferendam rebus lucem repertæ sunt simili-
tudines. Et paulo post: Similitudinis genus or-
nat orationem, facitque sublimem, floridam,
iucundam, mirabilem.

DE INVENTIONE

Rhetorum.

EXpositis locis omnibus vnde argumen-
 ta eruantur, inutilis ac superuacua posset
 videri de Rhetorum inuentione disputatio.
 Sed quia inueterata opinio inualuit, vt tria
 genera causarum constituentur, deinde tres
 status, Coniecturę, Finitionis, Qualitatis: ne
 hac in parte videamur deminuti, diligenter
 atque adeo dilucidius quam alij, totum hoc
 quicquid est exequemur, Tres diximus esse
 status

status: Coniecturæ: vt Occidisti hominem: non accidit: quæstio est, an occiderit. Finitio- nis: vt Sustulisti pecunias ex æde sacra, es igitur sacrilegus: sustuli quidem, sed priuatas: nõ sum sacrilegus, sed fur. Qualitatis: vt non iure occidisti hominem: iure occidi, quia latro, vel insidiator erat.

Sed vt planius hæc enodentur intelligendū est esse quatuor voces ex quibus liqueant status partes: sunt igitur illæ: Intentio, Depulsio, Ratio, Firmamentum. Porro ex duabus prioribus nascitur Quæstio: ex reliquis Iudicatio: vt sit hæc intentio: Non iure occidisti matrem Orestes: de pulsio: Iure occidi. Hinc iam intelligitur quæstio qualitatis, an iure occiderit: sed nisi reus adferat rationem, nihil in causa controuersie relinquetur. Ratio igitur est: Illa enim prius patrem meum intertulerat. Contra rationem opponit aduersarius firmamentum, quod & infirmatio rationis dicitur. Non abs te filio homine priuato matrem indemnata necari oportuit. Ex his omnibus liquet Iudicatio, quam Græci *cr. s. nomenon* appellant. Iure ne Orestes in vindictam patris priuatus matrem indemnata interfecerit. Huc omnia sunt argumenta dirigenda. In causa vero coniecturali, quia factum negatur, neque ratio, neque firmamentum

50 De inuentione
est: sed ex intentione & depulsione nascitur
quæstio & iudicatio.

De Coniectura locis.

EST igitur coniecturalis constitutio quæ
factum nescit aliquid: aut fiat aut futurum
fit quæritur. Cuius hæc sunt capita, vt tradit
Hermogenes. Præscriptio, Petitio, Volun-
tas, Potestas, Comprehensio, Absolutio, Re-
pulsio, Transpositio criminis, siue color, In-
uersio, Qualitas communis.

Præscriptio, siue recusatio, est locus quo
totam causam à nobis reijcere conamur vt à
longo tempore, aut quum recusatio fit ab
alia persona. A tempore, vt timidi cuiusdam
ilius vir strenuus in prælijs euasit, timidus
vxorē adulterij ream agit, dicet mulier, mul-
tis transactis annis hoc crimine accusari non
conuenire. Cic. *Quid ergo, quum res agebatur,*
nemo in me dixit, Idiot annis post tu es inuentus
qui diceres? Terent. *Nunc demum uenis? Cur*
passus? Vbi eras? A persona: vt si dicas: Non
oportere quemquam propter aliorum uicta
damnari, vt vir strenuus, cui hostes itatuam
erexerunt, proditoris arcesitur. Sic Annibal
incensis agris Romanorum, agrum Fabij reli-
quit intactum, vt proditor patriæ Fabius exi-
stimaretur.

2. Philip.

A. delp.

Liuius.

Dec. 3. li. 2.

Peti

Petitio est quā testes, aut signa petimus. Si sunt testes, eorū auctoritatē per attributa personarum eleuabimus, & signis, quæ corrupti non possunt, credi oportere dicemus. Cic. *Equidem nos abducam à testibus, neque huius iudicij ueritatem (quæ mutari nullo modo potest) in uoluntate testium collocari sinam, quæ facillime effingitur, nullo negotio flecti, ac detorqueri potest. Argumentis agemus: signis omni luce clarioribus crimina refellemus: res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.* Si non sunt testes, illos per circumstantias petemus, & indignum dicemus quempiam sine teste damnari. Cic. *Ibidem: Cui denique commisit? quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus, cui se, cui salutem credidit?* Si utrinque sunt testes, aut signa: testibus testes, & signa signis opponemus. Huc quæstiones, præiudicia, rumores, tabulæ, iurandum accumulatur.

Volūtas quæritur ex vita, & causa: vita cuiusque per attributa personarū exquiritur. Expende causam humanarum actionum.

Pag. 27.

Pag. 14.

Potestas, siue possibile, cui etiam facile subijcimus, probatur per attributa personarum, præcipuè à rebus externis uel fortunæ, ut opibus, diuitijs, amicis. Et per attributa rerum, ut locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi aut celandi. Impunitas quoque

Pro Mil. que probat possibile Cicer. Quid, quod ca-
 put audaciæ est, iudices, quis ignorat maximam il-
 lecebram esse peccandi impunitatis spem? Et are.
 A Enei. 1. Virg. Non ignara mali miseris succurrere disco.
 Ibidem. Et quæ sunt penes nos. Virgil. Sunt mihi bis
 Andr. septem præstanti corpore Nymphae. Et quæ pe-
 nes nostros. Terent. Taus est nunc Chremes, fa-
 cturum quæ uolens scio esse omnia. Et par, cum
 ex re pari parem colligimus. Et minus:
 cum ex minoribus maiora cōmostrantur,
 Phorm. idque semper affirmando. Teren. Cuius tu fi-
 Ididem. dem in pecunia perspexeris, uerere uerba ei crede-
 re; Et mains. Idem. Cum hoc non possum, illud mi-
 nus possem.

Comprehensio, siue ab initio ad finem est
 signum circumstantijs simplicium, per quod
 res arguitur certioribus argumentis, & quasi
 firma suspitione. Signa hæc ducuntur à mul-
 tis personarum attributis, ut à natione, sexu,
 dignitate, à factis & dictis. Item à loco, tem-
 pore, modo, causis. Terentius hunc locum
 egregie tractauit in Andr. in Scena quæ inci-
 pit: Di boni quid porto.

Absolutio est quando defensor licuisse sibi
 id facere ostendit, quo aduersarius utitur pro
 signo. ut quidam sepeliens cadauer inuentus
 est: accusatur, licere dicet hominem sepelire.

Andr. Terent. Quid feci, quid commiserunt peccauit pa-
 ter

ter? Quæ sese uoluit in ignem iniicere prohibui, seruaui.

Repulsio semper absolutioni cōtraria est, quare si accusator illa: reus hac utetur, aut contrā. Tractari solet per inficiationem, & obfistentiam. Inficiatio est absolutionis plena negatio, ut non licet sepelire. Obfistentia est cum aliqua absolutionis circumstantia negatur, ut. Si licuisset, non tibi, aut isto modo, aut loco, aut tempore.

Transpositio criminis siue color est quando id quod diximus, aut fecimus, alia nos causa dixisse aut fecisse ostendimus, & veluti colore fucamus. Est autem locus, contra comprehensionem, cōfirmatur ab affectionibus, à dictis, à factis, ab scripto & sententia, cum quæ scripsimus, alio nos animo scripsisse contendimus. Cicero in Pisonem aliter versiculum illius (Cada it arma togæ) interpretatur, quàm vulgo solebat intelligi.

Inuersio est quando te ipsidem defendis argumentis, quibus te configit aduersarius. ut, sepeliebas hominem in silua, interfecisti igitur: imò si interfecissem, non essem occupatus in sepeliendo. Martialis.

Libr. 8.

Egi, sexte, tuam pactus duo millia causam.

Misti nummos quot mihi? mille: quid est?

Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causa est.

De inuentione

Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

Hic locus semper inuertit comprehensionem, & adeo labefactat aduersarium, vt cum eum soluere non bene possit, ad prouidentiam diuinam confugiat: Deum scilicet ita voluisse, vt tantum scelus non maneret impune, aut ad imprudentiam illius qui fecit, quod timore, aut vino praepeditus, nequiret quod vile foret perpendere.

Qualitas communis est velut epilogus confirmata suspicione. Qualitas dicitur quia auget peccati atrocitatem, vel conuersione misericordiam capat. Communis dicitur quia non solum coniecturae sed aenni conuenit quaestioni, & quia quae in hunc vel illum dicuntur, ad vniuersos eiusdem criminis reos accommodari possunt. Percure partes vtilis, & honesti.

Vtile est quod non sua vi & natura, sed propter aliquod emolumentum & utilitatem expetit. diducitur in partes octo. In honorum acquisitionem, incrementum, conseruationem, usum matrum euitationem, liberationem, immutationem, conuersionem. Qui loci secundum Demosthenem duplicantur: si feceris cum octo locis, si non feceris cum alijs octo. Cum vtile dico, ne aduersarium etiam intelligo cum Hermogene.

Honestum est, quod sua vi & dignitate ad

Quintil.

lib. 5. ca. 10

Capit. de

pragms.

stach.

scle

se alliciat. Honestum siue virtus quatuor
habet partes: prudentiam, iustitiam, fortitudi-
nem, temperantiam.

Prudentia est rerum bonarum & malarum
scientia, cuius partes sunt, memoria, intelli-
gentia, *et cetera.*

*Prudentia est habitus animi (communi utili-
tati se conseruata) suam cui tribuens digni-
tatem. Omne autem ius est nature, aut con-
suetudinis, aut legum.*

Naturae ius est, quod deus non opinio, sed
quædam innata vis asserat, vt religionem, pie-
tatem, gratiam, obseruationem, veritatem. Hæc
lex naturalis dicitur alio nomine equum &

Aristo. 2.

Rhet. 8.

Ethic. 6.

ut certe non multum discrepat ab eo.

De consuetudine ius est quod voluntate om-
nium lege vetustas comprobatur, vt pa-

10.

ctum, par, iudicatum. Pactum est, quod inter
duos conuenit, quod iam ita iustum puta-
tur, vt iuri prestare dicatur. Par, quod inter
duos equabile est. Iudicatum, de quo iam
est sententia alicuius, aut aliquorum con-
stitutum est.

Legis ius est, quod in eo scripto, quod po-
tuo expositum est vt obseruet, continetur.

Fortitudo est considerata periculorum su-
cepto, & laborum perpessio. Eius partes ma-
gnum, fiducia, silentia, patientia, perseverantia,

E 4

Tem-

Temperantia, est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes sunt, continentia, clementia, modestia. Sunt præterea quædam quæ nec prorsus vtilia, nec omnino dicuntur honesta: sed quia nos ⁱⁿ dignitate tum quoque fructu ^{habent} ad se, honesta quoque dicuntur, quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Hæc ex secundo de inuentione Ciceronis duobus in locis, vnde qui plura hæc spectantia voluerit, petitio.

DE FINITIONIS STATV.

Definitiuæ constitutio est, quæ id quod obijcitur, non esse hoc contēdimus, ac cum in scripto vel aliqua lege verbū aliquod est positum cuius de vi quaritur, vt quantum est in causa Mancini, sitne senator qui hostibus deditus est, nec receptus. Huius factus hos locos tradit Hermogenes: Expositionem, finitionem, contrariam finitionem, rationem, mentem legislatoris, amplificatiōem, comparationem (assumptionem aliquando) resolutionem, absolutionem, Qualitatem cōmuni, mentem personæ.

Cice. 10.
ora.

Expositio

Expositio in hac parte idem fere est quod in coniectura comprehensio. Ducamusexemplum hoc per omnes locos. Tyranno persuasit orator, ut tyrannidem deponeret: premium petit: contradicitur. Expositio est. Amore patriæ commotus, tyrani domū adij, de tyrannide deponenda, non sine capitis periculo verba feci. Deposuit tyrannidem me impulsore, quod non fecisset, nisi ego illi persuasuissem: premium igitur interfecti tyranni iure peto.

Disinitio propulsatoris est, contraque expositionem adfertur. ut, non hoc est interficere tyrannum, quandoquidem tyrannus viuit: Huc ferè semper accedit etymologia, quæ quodammodo est disinitio, ut, interficere est confodere & vita priuare, tyrannus viuit, nõ igitur est interfectus.

Contraria finitio. Tyrannidem amouere qui potuit, perinde fecit ac si tyrannum interfecerit: Idem enim est tyrannidem amouere, & tyrannum interficere.

Ratiocinatio siue syllogismus, cum expositis non posita elicimus: utriusque partis est. Ut Quæcunque solent euenire in libera ciuitate, ea omnia bona nunc euenire mea causa, tyrannis cessat, respublica est liberata: in arce nullus est quem timeamus: latitia in vrbe

be: iustè igitur premium interfecti tyranni peto. Magna (inquit alter) est differentia, multa enim aliter sese haberent, ac nunc habent: qui enim tyrannum consilio interfecit, laudibus ornatur, triumphis decoratur, fortis & clarus habetur.

Sententia siue mens legislatoris ab utraque parte exquiritur. Vt, Nihil aliud voluit qui premia tyrannicidis constituit, quàm ut leges liberè permanerent, res publica sedata, libertas in ciuibus. Alter contra: non ignorat legislatores multis modis posse tyrannum expelli, noluisse tamen premia proponere nisi soli tyrannicidis: voluisseque tyrannum non impunitum abire.

Amplificatione rem magnam esse ostendet qui accusat, paruam qui defendet, à loco, tempore, persona, magnitudine, modo.

Comparatio est cum multo maius aut minus ostendimus quod factum est, quàm quod aduersarij dicunt. Vt, Maius etiam atque diuinius est sine cede, sine sanguine, sine tumultu, & armis: quam turbatione, seditione, tumultu, & prelio rempu. liberare. Alter contra, Minus est abigere, quàm interficere. Huc enim viuum semper timeamus necesse est, ne suis rebus confirmatis nos opprimat, qui forte nunc armis destitutus aut pecunijs persuasi-
fioni

ioni faciles aures prębuit.

Assumptio, quam Gręci *Anēthēsin* vocant, vnus est ex qualitatis statibus, vt dicemus, sed hic locus est qui per relationem, aut remotionem, aut comparisonem, aut concessionem rem expurgat. In petitione non inuenitur in alijs causis sepe: vt quidam inuentum cum vxore eunuchum eque ac męchum interfecit. Accusatur, quod eunuchus non possit esse adulter. Assumptio relatiua est quod dignus erat interfici. Explicabitur hic locus in qualitate.

Repulsio. At isto pacto tyrannum non debas expellere, si bene de republica mereri cogitabas.

Absolutio. Hoc modo mihi visum est & posse, & decere melius fieri quàm alio quouis.

Qualitas communis à persona sumitur, & per attributa personarum tractatur, vt in coniectura.

Mens est cūm qua voluntate id egerit, cōsideramus: excute attributa personarum.

DE STATV QUALI- TATIS.

CVm & facto & facti nomine cōcesso vis & natura & genus negotij ipsius queritur: constitutionem generalem appellamus siue

siue qualitatis. Qualitas ergo aut versatur in scripto, diciturque status Legalis: aut in re, & est Rationalis: cuius duę sunt partes: nam aut est de re preterita, aut futura. Si de re futura Pragmaticus siue negotialis appellatur. Ut contentio inter Aiacem & Vlysem de armis Achillis. Habet hæc capita *Legirimum, æquum & bonum, uile, possibile, laudabile, euenturum*. de quibus in coniectura. Si autem sit de re preterita dicitur Iuridicialis: cuius duę sunt partes, absoluta & assumptiua.

Absolutus status est qui intra se continet iuris & iniurię quęstionem: aut quando reus nullam se vetitam rem fecisse confirmat. Ut, quidam filium abdicauit quod philosophię operam daret, vel, Si Actius poeta iniuriarū ageret, quod cum rimus quidam nominatum in actione appellauit. Huius status est causa Ciceronis pro Cornel. Balbo. Hęc constitutio his locis absoluitur: *Ex positione, partibus iuris: de quibus in coniectura, persona, definitione, ratiocinatione, consilio legislatoris, amplificatione, comparatione, absolute, repulsione, assumptione, qualitate communi, mente personę.*

Assumptiuus status est in quo reus quidem rem turpem se fecisse non negat, re tamen assumpta extranea iure factum defendit. Id facit quatuor modis, *relatione criminis, remotione*

tionem criminis, comparationem criminis, confessionem criminis.

Relatio criminis est cum in eum, qui passus est, culpam reijcimus, ut Orestes in matrem. Huius status hi loci numerantur, *Expositio, definitio, ratiotinatio, mens legislatoris, ampliatio, comprehensio, mens personæ, assumptio, repulsiō, comparatio, qualitas communis.*

Remotio criminis quando crimen transferatur non in eum qui passus est, sed in alium, vel in aliud. Vt in hac lege. *Legatus intra decimum diem proficiscatur.* Quidam cum in legationem mitteretur, non profectus est intra præscriptum diem. Acculatur. Ipse reijcit in questorem culpam, qui pecunias non dederit. In aliud causa dimouebitur, ut in hoc eodem exemplo: si questor mortuus esset, & idcirco pecunia legato non esset tributa. Huius status ijdem ferè loci numerantur ab Hermogene, qui & præcedentis.

Comparatio criminis est quando reus se fecisse fatetur, contendit tamen (cum alterutrum esset necesse facere) rectius fecisse. Vt, Aulus Albinus à Iugurtha obsecratus, cum effugere non posset, pactus cum Iugurtha est, ut impedimenta relinqueret, exercitumque sub iugum mitteret. Accursatur maiestatis. Loci sunt ferè qui & superioris status.

Con-

Cōcessio criminis est, cum reus causam in
 id transfert, quod in iudicū arcessi nullo mo-
 do potest: vt fatū, fortuna, necessitas, impru-
 dentia. Talis est causa Ciceronis pro Rabirio
 Posthumo. Hic status diuiditur in purgatio-
 nem & deprecationē. Purgatio tractatur in
 dem locis quibus relatio. Deprecatio autem
 quia sola in iudiciū non venit, aliter debet tra-
 ctari. Locuserit deprecationi apud summum
 imperatorem, vel senatum, vel deniq; apud
 eum qui obtinet absoluendi potestatem. Ta-
 lis est causa Ciceronis pro Ligario ad Cęsa-
 rem: Nec pro quibuslibet concessum est de-
 precari sed pro viro forti, aut pro eo cuius ex-
 tent in rempu. merita, aut in eos ipsos qui au-
 diunt. Quod si nulla eius extent merita, ma-
 iorum vel affinium scrutabimur. Deprecatio
 nis hęc possunt esse capita: *Extenuatio* qua
 eleuabimus quę facta sunt, ne tam horrida vi-
 deātur, quā aduersarij volunt probare: *Volun-
 tas*, de qua in coniectura: *Comparatio*, cū mala
 quę fecimus cū meritis in remp. conferimus:
Attributio, quę ex attributis personarum elici-
 tur, in quibus tuam & auditoris personā per-
 scrutaberis: quod facit Cicero pro Ligario dū
 Cęsarismisericordiā laudat: *Eventus*, si nihil
 periculi ex hoc facto futurū demonstrabimus,
 sed boni plurimum: *Commissio*, in qua per

attributa rerum poteris auditore commouere. Qui omnes loci ab aduersario possunt inuerti. Assumptiui autē status mutuo sese adiuant. & in causa Milonis omnes inueniuntur. v. Milo Clodium interfecit, Relatio, Iure interfectus est ab eo, cui necem parabat. Remotio, Iure occisus quia patrię vexator. Comparatio. Vtilior reipū. eius mors quā vita fuit. Concessio & deprecatio in epologo inueniuntur orationis. Nunc ad status legitimos accedamus, quos Ciceronem & Hermogenem sequenti sub qualitate numeramus.

Libr. 1. de
Orat.

DE STATIBVS LEGALIBVS.

Legitima constitutio est quę de scripto vno vel pluribus nascitur. Huius quatuor sunt partes, Ambiguum: Scriptum & sententia: Contrarię leges Ratio: inatio.

AMBIGUUM est cum scriptum plures sententias significat. vt in testamento quidam scripsit, *Heres meus det uxori meę argenti pondo centum quod elegerit.* Quis debeat eligere, in dubium vertitur. In hoc genere utrique parti dantur p̄cepta communia. Vterque enim hanc significationē, qua vtetur ipse, dignā scriptoris prudentia esse defendet. Vterque id quod aduersarius ex ambiguo scripto intelli-

Ex partitione, Cice.

intelligendum esse dicet aut absurdum, aut inutile, aut iniquum, aut turpe esse defendet, aut etiam discrepare cum ceteris scriptis vel aliorum, vel maximè, si poterit, eiusdem: quaque defendit ipse, eam rem & sententiam quamuis prudentem & iustum hominem, si integrum daretur, scripturum fuisse, sed planius, eamque sententiam quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut vitij: contrariam autem si probarit, fore ut multa vitia, stulta, iniqua, contraria consequantur.

Ex partian.

SCRIPTVM & sententia est quando alius verba scripti, alius scriptoris mentem amplectitur. ut Lex peregrinum vetat murum ascendere. Ascendit: hostes repulit, Accusatur. Qui scripto nite tur, eum re exposita, recitatione uti oportebit; deinde instare adue: sario, iterare, renouare, interrogare num aut scriptum neget, aut contra factum inficitur. Post iudicem ad vim scripti vocet. Hac confirmatione usus, amplificet rem lege laudanda, audaciamque consutat eius, qui cum palam contra fecerit, idque fateatur, ad sit tamen factumque defendat. Deinde infirmet defensionem, cum aduersarius aliud voluisse, aliud sensisse scripto eem, aliud scripsisse dicat, non esse ferendum à quoquam potius laetoris sensum, quam à lege explicari. Cur ita scripse.

scripserit, si ita non senserit. Cur cum ea quæ plane scripta sint, neglexerit: quæ nunquam scripta sint proferat. Cur prudentissimos in scribendo viros summæ stultitię putet esse damnandos. Quid impediens scriptorem quominus exciperet illud quod aduersarius, tanquam si exceptum esset, ita dicit se secutum. Utetur exemplis ijs quibus idē scriptor: aut, si id non poterit, quibus alij quod excipiendū putarint, exceperint. Quærenda etiam ratio est, si qua poterit inueniri, quare non sit exceptum: aut iniqua lex, aut inutilis futura dicitur, aut alia causa obtemperandi, alia abrogandi: dissentire aduersarij vocē, atque legis. Deinde amplificandi causa, de cōseruandis legibus, de periculo rerum publicarū atque priuatarum, cū alijs locis, tum in perorando maximè grauitèr erit vehementerque dicendū.

Ille autem qui se sententia legis voluntateque defendet, in consilio atque in mente scriptoris, non in verbis ac literis vim legis positā esse defendet: quodq; nihil exceperit in lege laudabit, ne diuerticula peccatis darentur, atque vt ex factō cuiusque iudex legis mentem interpretaretur. Deinde erit vtendum exemplis, in quibus omnis equitas perturbetur, si verbis legum ac non sententijs pareatur. Deinde genus eiusmodi calliditatis

& calumniæ retrahatur in odium iudicis, cū quadē inuidiosa querela. Et si incidet imprudētia causa, quæ nō ad delictum, sed ad casum necessitatem uepertineat, erit æquitatis sententijs contra acerbitatem verborum deprecandum, Cicero pro Cecinna multa pro sententia contra literam disputat.

CONTRARIAE leges sunt, quādo in vno vel in pluribus scriptis ex aliqua circumstātia contradictio inuenitur. In vno sic: *Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias petat.* Quidā duas virgines rapuit: quarū vna coniugiū, altera mortem optat. In pluribus hoc modo: *Lex: filius meretricis orator ne sit: Lex, uir fortis optet quæ uolet:* quidam meretricis filias euasit uir fortis, optat ut liceat sibi esse oratori. Cōtrariæ leges, vno excepto loco, idē sunt quod duplex scriptū & sentētia. Nā semper est efficiendū, ut alterius scripti sententiam alterius verba defendamus. Ita quæ modo de scripto sententiaq; præcepta sunt, eadē huc omnia transferamus. Locum verò quem huic constitutioni diximus peculiarem, Græci *Periéchon*, Latini *Continentiam* dicunt: & est locus quo diuersis quibusdam positis scriptis diligenter quid contineant, quid que contineatur, consideramus: hoc est, si possumus huiusmodi earum legū naturam ostendere,

dere, vt si vna obseruatur, altera etiam simul obseruetur: & si de illa derogatur, de hac etiã derogetur: vt in proposito exemplo de illo qui duas virgines rapuit: melius vtrique parti satisfieri dicemus, si occidatur, quam si illarum alteram ducat vxorem. Cõsiderabimus etiam vtrum vna lex iubeat, altera permittat. Lex etiam inferior cedit superiori, vt humana diuinæ, generalis speciali, vetus noue.

RATIOCINATIO est, cum res, quæ sine propria lege venit in iudicium, cuiuspiam legi accommodatur. Lex, Tyrannicidæ premium detur. Non occidit, sed expulit, aut persuasit, vt abiret: par esse cõtēdit quia reddidit libertatem: *Qui patrem occiderit, culeo infuitur: matrē occidit. Lanæ uehere Tarento non licet: oues vexit. Loci huius constitutionis varij & multiplices sunt, quia coniecturæ, finitionis, & qualitatis esse potest quæstio. Sed aliquot apponamus. Scripti laus, & cõfirmatio. Collatio rei de qua quæritur cū ea de qua cõstat vt similes videãtur. Qui fieri possit, dicet, vt q hoc equū esse cõcedat, illud neget, quod aut equi⁹, aut in eodē sit genere. Deinde iccirco de hac re nihil esse scriptū, qđ ex illa fatis liqueret. Postea multis in legibus multa esse præterita, quæ idcirco præterita nemo arbitretur, quod ex scriptis intelligi possint. Deinde*

æquitas rei demonstranda est. ¶ Contra verò qui dicit, similitudinem infirmabit, ostendēs illud diuersum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. Periclitari dicet omnia iura, si similitudines accipiantur, nihil esse penè quod non alteri simile esse videatur. ¶ Hæc de inuentione. Quòd si quis præterea requirat, quomodo possit inuenire affectus in quibus permouendis regnat

1. Or. 2. de
Orato.

orator: primum cum Cicerone respondebo totum hunc locum philosophorum esse proprium: deinde, nullam aliam artem esse inueniendorum affectuum, quàm quæ tradita est in locorū inuentione. Nunc ad

secundam partem transeamus.

FRAN-

ra
ta
ta
ft.
ft.
pr
fis
m
iu
fo
So
m
ar

FRANCISCI
 SANCTII BROGEN-
 SIS DE DISPOSITIONE
 LIBER SECVN-
 DVS.



Dispositio est apta rerum inue-
 tarum collocatio. Cuius duo
 sunt genera: Argumentatio, &
 Methodus. Nam aut vnū di-
 sponimus argumentū, aut plu-
 ra. Dispositio vni⁹ argumēti dicitur Argumē-
 tatio. Quum vero plura collocamus argumē-
 ta, Methodus dicitur, de qua postea.

Argumētatio est vnus argumenti cū quæ-
 stione constans & firma collocatio: vnde quæ-
 stio ipsa vera vel falsa iudicatur. Hæc pars
 propriè dicitur **IUDICIUM**, Græce *Cri-
 sis*. Nam argumentatione (præcipue syllogis-
 mo) de rebus omnibus in qualibet disciplina
 iudicamus. Argumentationis quatuor sunt
 formæ, Sillogismus, Enthymema, Dilemma,
 Sorites, Nam Inductio, & exemplum argu-
 menta sunt à pari, aut maiori, aut minori, nō
 argumentatio. Epicherema vero aut genera-

le nomen est ad omnem argumentationē, aut quo dvis argumentum significat, quo aduersarium aggredimur.

SYLLOGISMVS (qui Latine Collectio, siue Ratiocinatio dicitur) est argumentatio, in qua quibusdam positis & concessis, necesse est aliud, præter ea quæ posita sunt, euenire. In omni autem syllogismo duæ præcedunt orationes, quas præmissas nominant, ex quibus complexio, prouenit. Illarum prior dicitur Propositio (vulgo Maiorem vocant) quæ ferè complexionem continet. Posterior dicitur Assumptio, vulgo Minor: Ex his sequitur Complexio, siue Conclusio. Et harum orationum quælibet duobus continetur extremis, quos terminos appellari diximus, subiectum, & prædicatum. In duabus igitur præmissis quatuor esse terminos necesse est: sed quia semper bis vnus assumitur, tres tantum esse dicimus. Qui vero bis assumitur vocatur mediū, quia duo cōiungit extrema.

Pag. 3.

Hoc itaque medium, quia tantum forma triplici disponi potest, tres efficit syllogismorum figuras. Si enim in medio duarum præmissarum ita collocetur, vt in prima sit subiectum, in secunda prædicatum: prima & præcipua emergit figura. Si bis in fine, ita vt semper sit prædicatum, secunda. Si bis in principio

pio, vt bis subiiciatur, tertia figura est, quæ se-
rè inutilis est.

¶ Regulæ ad omnes figuras.

Ex duabus negantibus nihil colligitur.

Complexio sequitur debiliorem partem.

In duabus primis figuris incipiendum ab uniuersali.

In prima figura quatuor tantum ex mul-
tis vtilis modos elicimus his dictionibus regē
dos. *Barbara*, *Celarent*, *Darij*, *Ferio*. In quibus
quatuor, vides vocales: è quibus asserit A, ne-
gat E, sed vniuersaliter. Rursus asserit I, negat
O, sed specialiter.

Primus igitur modus est ex cunctis vniuer-
sis affirmatis.

Omne animal est substantia, Bar.

Omnis homo est animal, ba=

Omnis igitur homo est substantia. ra.

Secundus ex cunctis quoque vniuersis, sed
priore negata.

Nullus timidus est liber, Cec

Omnis auarus est timidus, la=

Nullus igitur auarus est liber. rent.

Tertius ex affirmatis, sed minore speciali

Omnes consules remp. tueri debent, Da=

Cicero est consul, ri-

Cicero igitur remp. tueri debet. i-

Quartus ex maiore negante, & minore spe-
ciali affirmata.

74. De dispositione

Fe= Nullus deceptor est laudandus,
 ri= Venus decepit reginam Dido,
 o. Venus igitur non est laudanda.

Secunda figura medium bis collocat in fine,
 idest bis prædicatum facit. Conclusio semper ne-
 gabit. Habet item quatuor modos. Cesare,
 Camestres, Festino, Baroco.

Ce= Nihil insensibile est animal,

sa= Omnis homo est animal,

re. Nullus igitur homo est insensibilis.

Ca= Omnes ueri amici communia habent omnia,

me= Nulli nunc communia habent omnia,

stres. Nulli ig. nunc sunt ueri amici.

Fe= Nihil insensibile est animal,

sti= Cicero est animal,

no. Cicero ig. non est insensibilis.

Ba= Scribentes bona carmina utuntur uino,

ro= Petrus non utitur uino,

co. Petrus ig. non scribit bona carmina.

Tertiam figuram improbat omnino Lauren-
 tius Valla: tum quia inusitata doctis scripto-
 ribus: tum quia nihil in hac conficitur, quod
 in alijs non multo melius efficiatur. Sed ta-
 men sex illius modos apponamus. Darapti,
 Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Dda Omnes Tyranni sunt improbi,

ra= Omnes Tyranni sunt locupletes,

pti. Aliquis ig. locuples est improbus.

Nulli

Nulli Reges sunt improbi,	Fe=
Omnes reges sunt locupletes,	la=
Aliquis ig. locuples non est improbus.	pton.
Aliquis tyrannus est improbus.	Di=
Omnis tyrannus est locuples,	sa=
Aliquis ig. locuples est improbus.	mis.
Omnis tyrannus est improbus,	Da=
Aliquis tyrannus est locuples,	ti=
Aliquis ig. locuples, est improbus.	fi.
Aliquis rex non est improbus,	Bo=
Omnis rex est locuples,	car=
Aliquis ig. locuples non est improbus.	do.
Nullus rex est improbus,	Fe=
Aliquis rex est locuples.	ri=
Aliquis ig. locuples non est improbus.	son.

Oratores tamen & poetæ ex nominibus proprijs, & specialibus concludunt in tribus figuris, sed in vnaquaq; tantum duobus modis, altero affirmante, negante altero.

Primus modus primæ figuræ.

Homerus est poetarum princeps.

Hic est Homerus,

Hic igitur est poetarum princeps.

Secundus.

Antonius non est filius Cesaris

Tu es Antonius

Tu igitur non es filius Cesaris.

De dispositione

¶ Secundę figure primus modus.

Agessilaus non est pictus ab Apelle

Alexander est pictus ab Apelle

Alexander igitur non est Agessilaus.

Secundus.

Magister meus est obesus.

Hic non est obesus,

Hic igitur non est magister meus.

Tertię figure primus modus.

Cicero est orator.

Cicero est poeta.

Aliquis igitur poeta orator.

Secundus

Fabius non est poeta.

Fabius est rhetor.

Aliquis igitur rhetor non est poeta.

Hypotheticis syllogismi, aut sunt conexi, aut
 disiuncti: connexorum duo sunt modi. Pri-
 mus retinet antecedens, ut consequens retineat.

Si hoc, & illud: Si Dij sunt, diuinitio est:

Sed hoc, Sunt autem Dij,

Illud igitur. Est igitur diuinitio.

Secundus modus tollit consequens ut tollat
 antecedens.

Si hoc, & illud: Si mater est, diligit filium -

Non hoc Sed non diligit filium

Nec illud igitur. Non est igitur mater.

Disiunctus syllogismus est, cuius propositio
 est

est disjuncta, Cuius item duo modi. Primus tollit vnum, vt retineat reliquum.

Aut hoc, aut illud: *Aut dies est, aut nox,*

Non hoc *Non autem dies est,*

Illud igitur. *Nox igitur.*

Secundus modus retinet vnum, vt tollat reliquum.

Aut hoc, aut illud: *Aut accusandū, aut moriendū:*

Sed hoc. *Sed accusandum,*

Non igitur illud. *Non ig. moriendum.*

Qui putant Oratorium vel Poetarum syllogismos à Dialecticis differre longe falluntur. Nam præcepta eadem sunt omnino. At vero syllogismos breues, astrictos, & tribus quasi versiculis dispositos vix doctorum & eruditorum sermo patitur. Imò summæ artis est, artem dissimulare. Deinde periti in arte est, artē intelligere, & aliorum scripta retexere. Nā & singulæ syllogismi partes persèpè exornantur verbis, aut etiam rationibus alijs, vt clariores ad iudicandum appareant. In disputationibus scholasticis fortasse necesse fuerit ordinem præscriptum seruare: at in orationibus & libris componendis ridiculum fuerit artem & artis præcepta ostentare. Imo etiam persèpè partiū ipsarū aliqua præmittitur, si facile potest intelligi: aliquādo partes immutantur, vt ipsa varietate gratior & iu

& iucundior sit oratio. Terent.

Eunu. Here, quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes,
In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,
Suspiciones, inimicitia, induciæ,
Bellum, pax rursus: incerta hæc si postules.
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.
Latentem syllogismum sic explico.

Cez Nulla res consilio modoque destituta consilio regi
potest.

la- Omnis amor est consilio, modoq; destitutus.
rent. Nullus igitur amor consilio regi potest.

Sed assumptionem sic rursus confirmat: in amo-
re sunt multa vitia, vt iniuriæ, &c. addidit
etiã simile, sic: vt cū ratione nemo potest insa-
nire, ita pacē & bellum & cætera incerta cer-
ta nunquam faciet. Rhetores Græci quinq;
partes syllogismi docuerunt propositionem,
rationem, rationis confirmationem, expoli-

Ad Her. 2 tionem, conclusionem. Ciceroni quinque pla-
cent: cuius hæc sunt verba: *Quinque sunt igi-
tur partes eius argumentationis, quæ per ratio-
nationem tractatur. Propositio, per quam breui-
ter locus is exponitur, ex quo uis omnis oportet
emanet ratiocinationis. Propositionis approbatio
per quam id, quod breuiter expositum est, rationi-
bus affirmatum, probabilius & apertius fit. Ass-
umptio,*

sumptio.

sumptio, per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis approbatio, per quam id quod assumptum est rationibus firmatur. Complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur.

Sed quoniam hæc exercitatio utilis est, & precipue ad proœmia, quas Hispanè A R E N G A S vocamus accommodata, exemplo eam illustremus. Vt si velis probare Ciceronis filium patris uirtutem sectari oportere. Propositio sumitur ex attributis, ut à genere, sic. In maiore natos familia maiori uirtuti debere respondere consentaneum est. Ratio sumitur à circumstantijs, ut à persona. Quid enim magis idoneum quàm Cicerone parente natum, eloquentia Ciceronem exprimere? à re. Quid magis consentaneum quàm filium in ea scientia laborare, quæ patri peperit immortale decus? à loco: Romæ præsertim, ubi summus eloquentiæ habetur honos. à tempore: Ea præsertim tempestate, cum maximè opus est eloquentia, ad depellenda mala quæ in rempublicam grassantur. Confirmatio petitur à simili, exemplo, contrario, maiori, minori, pari, ut, Scipio gloriam rei militaris consecrabitur, in qua sui maiores floruerunt: Cato proauis sui grauitatem amplectetur: & Ciceronis filius eloquentiam & vim dicendi asper-

Offi. 2.
lib.

nabi-

nabitur? Expolitio, est exemplorum cōparatio cum causa quam tuemur. vt. Atqui Scipioni & Catoni singularis erat honestas, etiam si nulla virtute floruisent, q̄ in tanta familia nati essent: Ciceronis filius si parenti non respondeat, humili iacebit, q̄ non vetustate generis illustretur. Hic poteris gloriam rei militaris cum eloquentia comparare, & Scipionis laudi Ciceronis laudem antepone. Conclusio erit, in qua aut inferemus breuiter que volumus. vt, consecretanda igitur eloquentia filio Ciceronis, aut in breuitatem omnes partes redigemus à capite rursus ducto principio. vt. Quare si hoc illustrium imaginū proprium est vt virtutem exprimant maiorum, si patri tuo singularem attulit laudem eloquentia: si magis honorificum erit tibi ad patris laudem animum adijcere, quàm Scipioni, aut Catoni: reliquum est iam vt omni studio tibi ad eloquentiam sit incumbendum.

Sed cur etiam in hac parte non iuuabimus bona ingenia optimorum autorum ratiocinationes dissoluen- do? vnicuique ergo figure suos Poetarum vel Oratorum locos apponā, quam meam diligentiam, si cui prolixior videbitur, poterit quiuis pretermittere, & ad alia transuolare. In prima igitur figura habes

De senect. exemplum Ciceronis. *Omnia uero que secun-*
dum

dum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem contingit adolescentibus aduersante & repugnante natura. Itaque adolescentes mori sic mihi uidentur, ut quum aquae multitudine uis flammæ opprimitur: senes autem sic, ut sua sponte nulla adhibita ui consumtus ignis extinguitur.

Syllogismus est cui deest complexio, quia facillime intelligitur. Assumptio autem dissimilitudine illustratur, quia senes non eodem pacto, quo iuuenes moriatur. Sic ergo collige.

Omnia quae secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. Bar.

Senibus emori secundum naturam est: bn.

senibus igitur emori bonum. ra.

Cic. Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, Tusc. 5.

quibus abundantem licet esse miserimum. An dubitas quin praestans ualitudine, uiribus, formis,

acerrimis integerrimisq; sensibus, ad te etiam si libet pernicitatem & uelocitatem: ad diuitias honores,

imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui haec habet, iniustus, timidus, hebeti ingenio atq; nullo, du-

bitabisne eum miserum dicere? Quae igitur ista bona sunt, quae qui habeat, miserimus esse possit?

Stoici nulla corporis, aut fortunae bona in bonis ducunt. Id probant à repugnantibus.

Propositio prima est: assumptio secunda, quae illustratur enumeratione partium:

Complexio ultima: in qua argumentum

repe-

repetitur maioris intelligentiæ gratia. Sic collige in celarent.

- Ce= Nihil quod miseri possessoris esse possit, bonum est:
 la= Bona corporis & fortunæ miseri possessoris esse
 possunt:
 rent. Nulla igitur talia commoda bona sunt.
1. Epist. A repugnantibus disputat Horatius avaros non esse liberos. Complexionem vero posuit primo loco: assumptionem secundo, propositionem vltimam sic.
- Quo melior seruo, quo liberior sit avarus,
 In triujs fixum quum se dimittit ob assem,
 Non uideo: nam qui cupiet, metuet quoq; porro
 Qui metuens uiuit, liber mihi non erit unquam
 Breuius sit colliges:
- Ce= Nemo timidus est liber.
 la= Omnis avarus est timidus:
 rent. Nullus igitur avarus est liber. Ouid. Fast. 1.
 Prospera lux oritur: linguisque animiq; fauete:
 Nunc dicenda bono sunt bona uerba die. Id est.
- Da= Bono die bona uerba sunt dicenda:
 ri= Nunc prosper dies oritur,
 j. Nunc igitur bona uerba sunt dicenda. Id enim
 in epist. est: Fauere linguis. Ouidius.
- Fe= Fallere credentem non est operosa puellam
 Gloria: simplicitas digna fauore fuit.
 ri= Sum decepta tuis, & amans & scemina uerbis,
 o, Dij faciant, laudis summas sit istat ue.

Nullus

Nullus amantis foeminae deceptor est laudandus: Demophoon est Phyllidis amantis deceptor: Demophoon igitur non est laudandus.

Sed experiamur idem in secunda figura. Cic. *Tusc. 3.*

Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum: et reliquae partes totumque corpus, à statu quem est motum, deest officio suo et muneri: sic conturbatus animus non est probe affectus ad exequendum munus suum.

Munus autem animi est ratione uti: et sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur: nunquam igitur est perturbatus.

Nullus animus conturbatus bene affectus est ad ratione utendum:

Sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur:

Nunquam igitur sapientis animus est perturbatus. re.

Aspice rursus quam breui sententia duos includerit Cicero syllogismos in paradoxis.

Potest ne bonum cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? *Parad. 1.*

Atqui ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, et obsint probis. Quam obrem liceat irrideat si quis vult, plus apud me tamen vera ratio ualebit quam uulgi opinio.

Nullum bonum homini nocere potest, Ce=

Diuitiae homini nocere possunt, sa=

Diuitiae igitur non sunt bona. re.

- Ce= Nullum bonum possidetur ab improbis.
 fa= Diuitiæ possidentur ab improbis.
 re. Diuitiæ igitur non sunt in bonis.
 15. Meta= Lōga est Pythagoræ oratio: deterrētis ab esu
 mor. carniū, quā sic possemus colligere. (cruentus:
 Ce= Nullus naturalis cibus homini est cæde & sanguine
 fa= Omnis esus carniū est cæde & sanguine cruentus:
 re. Nullus igitur esus carniū est naturalis homini cibus.
 Tusc. 5. Cicer. In animi autem cognitione dubitare non
 possumus (nisi plane in physicis plumbei sumus)
 quin nihil sit animis admittum, nihil concretum,
 nihil copulatum, nihil coagmētatum, nihil duplex:
 quod quam ita sit, certe nec secerni, nec diuidi, nec
 discerpi, nec distrahi potest: nec interire, igitur:
 est enim interitus quasi diijcessus, & secretio, ac di-
 remtus earum partium, quæ ante interitum iun-
 ctione aliqua tenebantur. Assumptio prima est
 Cōplexio secunda: Propositio ultima, sic.
 Ca= Omnis interitus est secretio partium cōpositarum:
 me= Animus nullis partibus compositis secernitur,
 ffres. Animus igitur non interit. Ouidius ad maximū.
 Lino inersuitium, mores non exiit in alios, in p̄ta
 Utq; latens in auispera serpit humo.
 Mens tua sublimis, supra genus eminet ipsum.
 Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
 Ergo alij nocent miseris, optentq; timeri,
 Tinctaq; mordaci spicula felle gerant.
 Attua supplicibus domus est assueti iuuantis.
 In quo

In quorum numero me precor esse uelis.

Breuius sic concludes.

Nullus liuidus petit alta

Maximus petit alta

Maximus ig. non est liuidus.

Fe=

sti=

no.

Ouidius de Tristibus tres aut etiã plures syllogismos in vna eadẽq; lina eleganter concludit. Lebr. i.

Carmina proueniunt animo de ducta sereno,

Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Carmina secessum scribentis, & oriã quærunt,

Me mare me uenti, me fera iactat hiems.

Carminibus metus omnis abest, ego perdit^{us} ense

Hæc surum iugulo iam puto, iamq; meo.

Hæc quoque, quæ facio, iudex mirabitur æquus,

Scriptaque cū uenia qualiacunque leget. Id est.

Scribentes bona carmina debent esse læti,

Ouidius non est lætus,

Ba=

ro=

co.

Ouidius ig. non scribit bona carmina. Itẽ: Scriben-

tibus carmina cõueniunt secessus. Itẽ: Scribẽ-

tibus carmina ociũ debet dari. Itẽ: Scribẽtib^{us}

bona carmina debet abesse met^{us}, Ouidio me-

tus nõ abest, igitur non scribit bona carmina.

Itaq; quoties multa sunt argumẽta (id est me-

dia) multi surgũt syllogismi. In tertia figura

nõ sunt autores tã frequẽtes illa tñ vera est, &

legitima, si qs velit i ea cõcludere, vt i exẽplis

demõstrauim^{us}. Ciceronis tñ adducã vnũ aut

alterũ exẽplũ. Iã uero qui põt uir bonus nõ ad id,

Tusc. 5.

quod laudabile sit, omnia referre quae agit, quae sentit? Refert autem omnia ad beate uiuendum: beata igitur uita laudabilis. Id est.

Da= Vir bonus omnia refert ad beatam uitam.

ra= Beata igitur uita laudabilis. Sed parum acute conclusit. Nam in hac figura specialis debet esse conclusio, ut Beata igitur aliqua uita est laudabilis.

2. Fin. Idem. Qui in summo malo est, iste quum in eo est, non est beatus: Sapiens autem semper beatus est, & est aliquando in dolore: non est igitur summum malum dolor. Id est.

Fe= Nullus sapiens & beatus unquam est in summo malo:

la= Omnis sapiens & beatus aliquando est in dolore:

pton. Aliquis igitur dolor non est summum malum.

¶ Sed ad conexos siue hypotheticos syllogismos monstrāseamus, in quibus a deo crebro versan-

2. Diuin tur autores, ut exēplorū copia obruamur.

Cice. Si dii sunt, diuinatio est:

Sunt autem dii:

Est ergo diuinatio.

De Senec. Idem: O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa etate non uiderit: quae aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum: aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus eternus. At qui tertium certe nihil inueniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiā, futurus sim? Quasi dicat

Si mors

Si mors extinguit animum negligenda est, si aeternum relinquit, optanda. Sunt duo syllogismi.

Sed uel extinguit uel aeternum relinquit, Est igitur aut negligenda, aut optanda. Virg. AEnci. 4.

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum, miserere domus labentis. & istam

Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem: Si hoc, & Te propter Libyæ gentes, Nomadumq; tyranni illud: sed

Odere, insensu Tyrij, te propter eundem Extinctus pudor, & qua sola sidera adibam, hoc: illud igitur.

Fama prior: cui me moribundam deseris hospes? tur. In Lucul.

Cicer. Si ulli rei sapiens assentietur vsquam, aliquando etiam opinabitur: Si hoc, & Nunquam autem opinabitur. illud: non

Nulli igitur rei assentietur. Ouid. hoc. Nec illud.

Si sciperem doctas odissem iure Sorores, Numina cultori perniciofa suo: 2. Trist.

At nunc, tanta meo comes est insania morbo, Saxa memor refero rursus ad ista pedem. Si hoc, & illud. non

Aliquando subticetur aliqua pars, sed idem hoc. est cum superioribus modus. Cicer. Si con-

sul Antonius, Brutus hostis: Si conseruator reip. Nec illud. Brutus, hostis Antonius. Ouid. Philip. 4.

Aut ego me fallo nimiaq; cupidine le dor, Aut spes exilij commodioris erit: 2. Ponto.

Nam minus & minus est facies in imagine tristis, Visq; sunt dictis annuere ora meis.

Vera precor fiant timidae præsagia mentis, Iustaq;

De dispositione

Iusta que quanuis est, sit minor ira Dei.

Expone: Aut me fallo, aut exilio leuabor: non me autem fallo: leuabor igitur exilio.

Pro Rabi. Nil autem refert an plura duobus ponantur, eadem eum est tollendi, retinendive ratio. Cicero. At qui uidemus hęc in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret: latere mortis erat in se turpissimum: cum Saturnino esse, furoris & sceleris: uirtus & honestas & pudor cum consulibus esse congebant. Ouid.

Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,
Iupiter aut falsus pater est, aut crimine uerus:
Matris adulterio patrem petis: elige fictum
Esse Iouem malis, an te per detecus ortum.

Haecenus de syllogismis, id est de Iudicio siue Argumentatione: nulla etenim est alia via uel iudicandi, uel concludendi, quam que monstrata est in syllogismis. Nam quae restant dicenda nomina potius diuersa sunt syllogismi, quam species argumentationis. Imo exterminanda est illa diuisio antiquorum, qui docebant argumentationum alias ad Dialecticum alias ad Rhetorem spectare. Satis superque ostendimus: & possemus latius ostendere Oratorum & poetarum opera syllogismis esse referta. Sed quia syllogismi in hominum sermone raro perfecti proponuntur, quia propo-

propositio vel assumptio manifestior sit, quā
 ut exprimi debeat: effectum est ut alia nomi-
 na excogitarentur, quibus syllogismus aliter
 atque aliter dispositus nuncuparetur.

ENTHYMEMA nihil aliud est quā
 syllogismus truncatus & imperfectus, cui si
 quod deest addas, nihil differt à syllogismo.
 Vnde etiam audiendi non sunt, qui enthymemata docent ex probabilibus & signis deducis, quum tot sint enthymematū species, quot syllogismorum. Enthymema Latine dicitur sententia, cogitatio, inuentum, & conceptus animi. Cic. At sperat adolescens diu se uicturum, quod sperare idem senex non potest. Insuper sperat. Quid enim est stultius, quā incerta pro certis habere, falsa pro ueris? Senex nec quod speres habet. At est meliore conditione quam adolescens: quum id quod ille sperat, iam assequutus sit: ille uult diu uiuere, hic diu uixit. Duo sunt hic enthymemata, in primo deest assumptio, in secundo propositio, sic,

Incerta pro certis, falsa pro ueris habere, stultus = Bar =
 Adolescens habet incerta pro certis & falsa pro ueris, = ba =
 Adolescens igitur stultus est sperans se diu uicturum. = ra =

Rursus.

Qui assecutus est, melior est conditione, quā qui sperat = Bar =
 Senex assecutus est, quod sperat adolescens, = rat = ba =
 Senex igitur meliore est conditione quam adolescens. = ra =

Fiunt sæpè enthymemata ex vna enūtia-
tione: vt An mater occidisset filium? Sed illa
leporis habent multum quæ fiunt ex contra-
rijs, vel repugnantibus: vt Seruare potui, per-
dere an possim, rogas? Qui sua non curat, quā-
do aliena curabit?

DILEMMA. Latine Complexio, se-
rè propositio est syllogismi sine assumptio-
ne. petitur à locis dissentaneis. Dicitur ab
alijs Syllogismus cornutus. Aliquando con-
cludit vnum, aliquando duo. exemplum pri-
mi: *Maial.*

Libr. 2.

Hæc si displicui, fuerint solatia nobis.

Hæc fuerint nobis premia, si placui.

Philip. 2.

Adde: aut hoc aut illud: quæ dabis igitur sola-
tia erunt, vel premia. Cicer. *Miserum, siue il-
la tibi nota non sunt: nihil enim boni nosti, siue
sunt.* Adde: Sed hoc aut illud: igitur miser.

Philip. 5.

Hæc aut.

Exemplum secundi. Cicer. *Hoc qui non uidet,
excors: qui quum uidet decernit, impius.* Terent.
*Vel me monere hoc, uel percontari puta: Rectum
est, ego ut faciam: non ut deterream.* Sic enim di-
spungendus est locus, nusquam hætenus ab
interpretibus explicatus. Expone sic. Aut re-
ctum est, quod facis, aut non est rectum: sed
rectum est, faciam igitur illud. Rursus, Aut
rectum est, aut non est. Sed non est: non fa-
cies igitur, quia te ab efficiendo deterrebo.

Dilem-

Dilemmati aliquando opponitur aliud dilemma, quod Græci Biaon, siue Antistrophon appellant: Latini Violentum: ut illud apud Gellium de Prothagora & Euathlo. Dicebat enim Prothagoras: *si pronunciatum erit contra te, debebis ex sententia: si secundum te, ex pacto.* Adde: Sed hoc aut illud: debebis igitur. Cui discipulus: *si iudices senserint pro me, nihil ex sententia: si contra, nihil ex pacto debebo.* Adde: Sed hoc: aut illud, nihil igitur debebo. Et Socrates non sinebat filium habere orationes, dicens: *si iusta loqueris, hominibus eris inuisus: si iniusta, Deis.* Imo orationes habere oportet. Nam *si iusta loquar, Dijs gratus ero: si iniusta, hominibus.* Et si quis velit suadere non esset timendam coeli asperitatem, ita disputet: *si fuerit hiems, non æstuabimus: si æstas, non algebimus.* Imo maximè timenda coeli asperitas: Nam *si fuerit hiems, algebimus: si æstas, æstuabimus.* Hinc illud Biantis cuidam adolescenti suadentis ne uxorem duceret: *si formosa est, habebis communem: si deformis, Pœnam.* Id est Furiam. Cui adolescens: *Imo si formosam duxero, non habebō Pœnam: si deformem, non erit communis.*

SORITES, quem Cicero Acerualem 2. Diuin. vocat, vulgo dicitur De primo ad vltimū, syllogismus fere plures t, in quo assumptio

sæpe præponitur. Sed quia propositiones
varie interiecte commiscuntur, fit ut in unū
sortem multi sæpe sint inclusi syllogismi. Ca-
ptiosum & lubricū est argumentandi genus:
quo Zeno & Chrysippus valde sunt vsi. Cic.
Iam ille sortites, quo nihil putatis esse vitiosius.

4. Fin.

Quod bonum sit, id esse optabile:

Quod optabile, id esse expetendum:

Quod expetendum, laudabile:

Laudabile autem omne honestum.

Igitur omne bonum honestum.

3. Tuscu.

Idem. Præterea necesse est, qui fortis sit eundem
esse magni animi: qui magni animi, inuictum: qui in-
uictus, eum humanas res despicere, atque infra se
positas arbitrari: despicere autem nemo potest eas
res, propter quas aegritudine affici potest: ex quo
efficitur, fortem uirum aegritudine nunquam affi-
ci. Omnes autem sapientes fortes: non cadit igitur
in sapientem aegritudo. Themistocles Atheniē-
sium dux filium Diophantum, quem in deli-
cijs habebat, sic plurimum posse colligebat.
Athenienses imperitant Grecis: ego Atheniensi-
bus: mihi uxor: uxori filius: filius igitur Grecorum
omnium est potentissimus. Horatius etiam ca-
ptiose argumentatur, nihil inter veteres ac no-
uos poetas interesse.

2. Episto.

Ut ar permissio, caudęq; pilos ut equinæ
Paulatim vello, & demō vnū, demō etiā vnū

Dum

Dum cadat elusus, ratione ruentis acerui.

INDUCTIO, quæ Græcè dicitur Epagôgè, propriè argumentatio non est, neq; syllogismus, sed argumentum ex distributis assumptum. Vbi partes ad concludendum totum assumuntur. Fit igitur quum plura exempla pluresue similitudines ad vnum effectum congeruntur. Hac plurimū Socrates utebatur. AENEAS apud Virgilium, sic cogerit exēpla.

A Encl. 6.

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,

Threicia fretus cithara, fidibusque canoris:

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Itaque reditque uiam toties: quid Thesea? magnum

Quid memore Alciden? et mi genus ab Ioue sumo.

Polyphemus apud Ouid. his utitur similitudibus. 13. Meta.

Nec mea quodam daris horrent densissima setis,

Corpora, turpe puta: turpis sine frondibus arbor:

Turpis equus, nisi colla iube flauentia uelent:

Pluma tegit uolucres: ouibus sua lana decori est:

Barba uiros, hircæque decent in corpore setæ.

Poteris tñ ad syllogismū specialē sic reducere.

Si potuit Orpheus, poterit et AENEAS (re: Siboc, et

Sed potuit Orpheus: igitur. Item. illud: sed

Si ouibus sua lana decori est, et barba uiris. hoc illud

Sed oues decorat lana, igitur. igitur.

Igitur et barba uiros.

Sed & exemplū ad hūmōi formam syllogismi

conformabitur: quare, mihi placet illorū sententia

tentia

tentia, quinec inductionem, nec exemplum ad argumentationem referunt, sed ad argumentorum locos. Nunc ad Methodum transeamus.

DE METHODO, SIVE ORATIONE.

Methodus est multorum atque variorum argumentorum dispositio: ea duplex est, altera doctrinae, prudentiae altera. Methodus doctrinae, est dispositio rerum variarum ab vniuersis & generalibus principijs ad subiectas & singulares partes deductarum. Qualis ordo est huius nostri libelli: posuimus enim definitionem artis, deinde partes, & quid quaeque partes contineant. Quod in genere non omittenda sunt transitiones, maximam enim perspicuitatem narrationibus solent afferre. Sic Virgilius cum partitus esset opus Georgicon in quatuor partes, prima exposita, subdit. *Haecenus aruorum cultus, & sidera caeli:*
Nunc te Bacche canam.

Methodus prudentiae pro conditione personarum, rerum, temporum, locorum consilium disponendi suppeditat. Hinc fit ut oratores saepe ex industria, quia docenda sunt personae, quae doceri tamen nolunt, rerum partitiones detrahant: narrationes differant: refuta-

refutationes præponant. Hinc illa obliqua principia, quas insinuationes vocamus. Nam Cicero in secunda Agraria cum ad euertendam populi causam accessisset, longa vitur insinuatione, qua se maximè fingit popularem. & Terentiana Thais cum vellet ab irato Phædria biduum vt militi concederet, impetrare: nulla huius rei mentione facta, longo sermone circumduxit adolescentis animū, donec omnia tuta existimauit, maxima etiā ex parte Phædria sibi cōciliato: tum demum extremum posuit, quod natura & ordine doctrinæ erat primum. Partes igitur orationis in doctrinæ methodo quatuor sunt: Exordium, Narratio, Probatio, Epilogus, quarum duæ valent ad rem docendam, narratio, & probatio: ad permouendos animos principium & epilogus.

DE EXORDIO.

EXordium in genere iudiciali est oratio, quæ animum auditoris præparat ad audiendum: solet fieri aut palam, aut latenter. Nam cum causa honesta, siue probabilis est, recto exordio siue principio vitur: sin autem turpis, aut auditor est persuasus, aut defessus, circuitione vitur, quam *insinuationem* voca-

vocamus. In exordio siue insinuatione, vt beneuolum, aut docilem, aut attentum reddamus auditorem, laborandum est.

A micos & beneuolos facimus auditores à persona, & à re ipsa. A persona nostra, si nostrum officium sine arrogãtia laudabimus: & quales in rem publi. aut eos ipsos qui audiunt fuerimus, ostendemus: item si nostra incõmoda, solitudinem, inopiam, calamitatem proferemus. A persona aduersariorũ tribus modis: nam si potentes sunt, in inuidiam: si abiecti & humiles, in contentum: si turpes & nocentes, in odium rapiemus. A persona auditorum, si resecorũ sine assentationis suspicione laudabimus. A re ipsa, si causam nostram extollemus, & aduersariorum deprimemus. Indigemus beneuolentia cum turpis causa est, aut cum aliqua turpitudine coniuncta.

Docilem reddemus auditorem summam rei breuiter & dilucide indicando. Docilitas igitur in causis obscuris locum habet.

Attentionẽ captabimus: si magna quẽdã proponemus, necessaria, nona in audita, ad religionem, aut ad eos ipsos qui audiunt, pertinentia. Et si rogabimus vt attentẽ audiamur. Cũ causa humilis est & abiecta maximẽ attentione captandã grandescit. Quod egregiẽ præstitit Virgilius de apibus dicturus.

Geor. 4.

Inge.

In genere demonstratiuo liberrima sunt
proemia. Nam aut ab historia, fabula, prouer-
bio, sententia simili, aut ab officio, loco, tem-
pore, persona, à re denique ipsa exordiri lice-
bit, vt fecit Cicero pro Marcello.

In genere suaforio sunt qui velint nulla esse
exordia, quia illi qui sunt audituri, sua sponte
parati accedant. Sed quia est semper aliquid
in omni re naturaliter primum, à persona,
loco tempore & adiunctis commodè exor-
diemur. Vitia exordiorum effugies facile, si
verba Ciceronis obseruabis. *Hiscè omnibus re-* 2. Orat.
bus consideratis, tum denique id quod primum est
dicendum, postremo soleo cogitare, quo utar exor-
dio. Nam si quando id primum inuenire uolui, nul-
lum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium,
aut uulgare, atque commune.

DE NARRATIONE.

Narratio iudicialis est reifacte vel tan-
quam facte utilis ad persuadendum ex-
positio. Ea debet esse breuis, dilucida, verifi-
milis.

Breuitatem hic appello virtutem quandã
in dicendo, quę ornatu & elegantia non ca-
reat, in qua nec redūdat quicquam, nec desit,

Quam virtutem multi dum sequi conantur,
specie

specie recti decepti, sunt obscuro, breuitatis præcepta ignorantes. Breuis erit igitur narratio, si non à primo principio repetetur: & si summam, non particulatim narrabimus: si quæ non iuuant, prætermitemus: si ita vniuscuiusque rei dicemus exitum, vt quæ præferunt intelligantur: si vsque eo, quo opus fuerit, progrediemur: si nullis circuitibus vt mur, & si semel dicta non repetemus.

Dilucida erit, si rerum ac temporum ordinem seruabimus, si proprijs ac vsitatis verbis vttemur: si breuitatis præcepta nõ aspernabimur: ac demum si tota narratio rebus, personis, temporibus, locis, ac causis ita fuerit distincta, vt nihil confundat: hoc enim non solum ad dilucidam, sed ad verisimilem quoque pertinet narrationem.

Verisimilis siue probabilis erit, si, vt natura rei, & mores hominum, ac opinio postulat, narrabimus. si causæ consiliorum, rerumque rationes constabunt: vt nihil factum, nihil dictum, sine causa putetur. Si fallam narrabimus, danda est opera, vt omnia cohereant, iuxta prouerbum: *Mendacem in morem esse oportet: sin verum, nihilo secius diligentem operam adhibebimus, vt credamur: nam (vt inquit Fabius) sunt plurima uera quidem, sed parũ credibilia: sicut falsa quoque frequenter uerisimilia,*

ri similia.

In genere laudis tota ferè oratio nil aliud est quàm narratio. In hoc genere, nisi historiam scribas, poteris temporis ordinem non seruare.

In sua forio narrationes aut nullæ aut breues erunt, Nam cum ad docendum sit inuenta narratio, hic inutilis videri poterit, quum auditores sint & docti.

DE CONFIRMATIONE

& confutatione.

TOta spes vincendi ratioque persuadendi posita est in confirmatione & confutatione. Vt igitur nostra confirmemus & aliena dissoluamus, huc referenda est tota illa materia de statibus. Quo verò ordine inuenta argumenta sint collocanda, docet his verbis Cicero. Res, inquit, hoc postulat, ut eorum expectationi qui audiunt, quàm celerrimè succurratur; cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Malè enim seres habet, quæ non statim, ut dici cœpta est, melior fieri uidetur. Ergo in oratione firmissimum quodque sit primum: dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea quæ æquè excellent, seruentur etiã ad perorandum; si quæ erunt mediocria (nam ui-

H

tiost

tiosis nunquam esse oportet locum) in mediantur
bam atque in gregem conijciantur.

Laus fere nullam habet confirmationem,
quia certa non dubia in laude prædicantur: si
tamen in erit aliqua, ex locis personarum &
rerum erit petenda.

In suasionem confirmatio tota causa est, cum
possit exordio & narratione carere.

DE EPILOGO.

Peroratio, quam quidam cumulum, alij cõ
clusionem, Græci epilogum vocant, diui
sa est in duas partes, enumerationem & am
plificationem.

Enumeratio, quæ Græcè *Anacephaleosis* di
citur, non omnia minima repetet, ne osten
tatio memoriæ videatur, sed pondera ipsa re
rum comprehendet.

Ex parti. Amplificatio est grauior quædam affirma
tio, quæ motu animorum conciliet in dicen
do fidem. Hæc genere verborum conficitur
& rerum: verba ponenda sunt, quæ vim ha
beant illustrandi, nec ab usu sint abhorren
tia, graui, plena, sonantia, & quæ in elocutio
ne dicentur. Rerum amplificatio sumitur ex
locis, vt causis, effectis, similibus, exemplis,
contrarijs: fictæ etiam personæ, muta deniq;
loquan

loquantur: omniaq; sunt adhibenda, quæ natura vel vsu apud homines habentur magna. Sed quod in hac parte primas obtinet, per motio affectuum est, quæ pars ab oratore bene tractata eloquẽtiam efficit admirabilem. Sed, vt multi affirmant, à philosophia pẽdẽt omnis. Socrates verò negat posse arte tradi, sed diuino furore contingere. Nihilominus tamen pauca de affectibus dicamus. Affectus (siue animi perturbationes) multi sunt: sed ad quatuor tantum capita posse reduci, hac methodo colligamus. Boni vel mali opinione cõmouẽtur homines: si boni præsentis, voluptas est: si mali, ægritudo: si boni futuri, cupiditas: si mali, metus. De his latè Cicero, 3. Tuscul. Rursus oẽs affectus aut sunt lenes aut concitati, illud genus Græci *Ethicon* appellant, ad naturã, & ad mores, & a l'omnẽ vitæ consuetudinem accommodatum: hoc *Patheticon* nominant, quo perturbantur animi, & concitantur vehemens, incẽsum, incitatum: quo causa eripiuntur, quod cum rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest. Affectus, etiã si philosophorum sint, nõ aliunde quam ex t'opicis trahuntur, vt à loco, tempore, persona, simili, cõtrario, sexu ætate, &c. Sed regulam auream, quæ sit multarũ instar, ad omnes affectus mouendos adhibeamus, quã deceptus in memoria

In Ione.

Libr. 6. c. Quintilianus non aliquo tradente, sed experi
 2. mēto suo ac natura ipsa duce inuenisse se glo-
 riatur: cū à Cicerone multis verbis, & ab Ho-
 ratio in arte poetica per multa carmina, & de
 nique à Persio sit repetitum præceptum, vt
 siquem mouere velimus, nos prius mouea-
 mur. Verba Ciceronis hæc sunt. Non me Her-

2. *Orat.* cule nunquam apud iudices, aut dolorem, aut miseri-
 cordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo
 uolui, quin ipse in commouendis iudicibus ijs ipsis
 sensibus ad quos illos adducere uellem, per moue-
 rer. Neque enim facile est perficere ut irascatur
 cui tu uelis iudex, si tu ipse id lente ferre uideare:
 neque ut oderi uerum quem tu uelis, nisi te ipsum fla-
 grantem odio ante uiderit, neque ad misericor-
 diam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui uerbis,
 sententijs, uoce, uultu, collachrymatione denique
 ostenderis. Hæc & alia multa Cicero sub An-
 tonij persona egregiè disputat.

In genere demonstratiuo historici poetæ-
 que epilogo non utuntur: orator tamen ad cō-
 firmendam auditorum memoriam nō incon-
 cinnè cum aliqua delectatione utetur.

In suasorio præcipua totius orationis sunt
 repetenda, affectusque mouendi, præcipue-
 que hic est amplificandum, & in locos, quos
 communes uocant, excurrendum: inducen-
 daque sunt prosopopœiæ quæ huius generis

viden-

videntur esse propriæ: de quibus in elocutione. De qua priusquam dicamus, pauca de memoria sunt libanda, quæ dispositione maxime adiuuatur, vnde eam quidam dispositio- nis partem esse dixerunt.

DE MEMORIA.

MEMORIA est firma animi rerum ac verborum dispositionis perceptio. Rhetores omnes qui de memoria præcipiunt, huc demum tendunt, vt nihil ordine ac dispositione certa certius & fidelius esse credant. Quare qui methodo quæ scripserit, ordinari: aut ab alijs scripta methodo ipse collegerit, facile quæ volet memoriæ mandabit. Nunc pauca ex Quintiliano subtexamus, qui plura volet, ipsum a deat.

Memoria sicut alia omnia excolendo augetur.

Plurimum valet diuisio & recta compositio, nam qui rectè diuiserit, nunquam in rerum ordine errare poterit.

Proderit & per partes ediscere: & hæ partes non sint per exiguæ.

Non erit inutile aliquas in margine apponere notulas, vt anchoram si de naui sit dicendum, spiculum si de prælio.

102 De dispositione

Inuat plurimum iisdem quibus scripseris chartis ediscere.

Nox interposita plurimum habet firmitatis. Hæc ex Quintiliano. lib. 11. cap. 2.

Nec audienda tantum, sed videnda etiam sunt quæ memoriæ mandare velis: nam visu magis quam auditu excitantur animi.

Coriandrigrana saccharo induta post cibū assumpta, fumos ascendentes prohibent, vnde memoriæ conducunt.

Vuæ passæ, granulis prius extractis, & per noctē vnam in ardenti aqua maceratæ, maneque incibum sumptæ cum eadem aqua firmanant egregiè memoriā.

Postremo nil vnquam memoriæ mandes, quod non ad vnguem intellexeris.

FRAN-

FRANCISCI SANCTII BROCE- NIS Liber Tertius, qui Rhe- toricam continet.

RHETORICA EST ARS
exornandę orationis: cuius duę sunt par-
tes: Elocutio, & Actio.
Elocutio est orationis exornatio: cuius duę
sunt partes, Tropus, & Figura.

DE TROPIS.

TRopus est elocutio in singulis verbis,
qua propria significatio in alienam mu-
tatur. Cuiusque omnis mutatio proprię signi-
ficationis sit aut ex causis ad effecta, subie-
ctis ad adiuncta, ex comparatis ad compara-
ta, ex oppositis ad opposita, ex toto ad partē,
aut contra: quatuor tantum existunt genera
troporum. Metonymia, Metaphora, Ironia,
Synecdoche.

METONYMIA est mutatio signifi-
cationis ex causis ad effecta, & subiectis ad
adiuncta. & contra. *Hanc* (inquit Cicero in
Oratore) *hypallagen* *rhetores*, quia quasi sum-

mutantur uerba pro uerbis : metonymiam grammatici uocant, quod nomina transferantur.

Eunuch. Primus eius modus est, cum ex causis effecta significamus. Terent. *Sine Cerere & Libero friget Venus.* sic, Mars pro bello, Vulcanus pro igne. Itaque inuentor pro re inuenta, aut cui praesidet ponitur: & materies pro materiato, nam materia causa est. Vt ferrum pro gladio, pinus pro nauis. Virgil.

Aere ciere uiros, Martemque accendere cantu.

A Enei. 6. Secundus modus poetis est familiarior, cum significare uolunt ex effectis causas ut poena pro peccato, corona pro laude, fasces pro consulatu, teta pro nuptijs. Virgil.

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

1. Carm. Horatius. *Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres.* Huc referuntur impropria epitheta: ut segnis diligentia, dulcis amator. Horatius.

1. Episto.

Strenua nos exercet inertia.

A Enei. 6. Tertius modus, cum nomen subiectae rei ad significandam rem adiunctam traducitur: ut continens pro contento. Virgil. *Illam inclita Roma imperium terris, animos aequabit Olympo.* Sic Italia pro Italis, Sicilia pro Siculis, carter pro uinctis, Sic etiam epotum calicem dicimus, & bene moratas vrbes. Huc etiam pertinet cum possessorem pro re possessa ponimus

mus. Terent. *Eamus ad me.* Virg. *Iam proximus ardet Vcalegon** Eunuch.
A Enei. 2.

Quartus modus, cum ex adiunctis res subiectas intelligimus. vt vitium, pro vitioso. Terent. *Vbi ille scelus est qui me perdidit?* Scelus, pro Scelesto. Ouid. *Credula res amor est.* Id est amator. Virgil. *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?* Sic dicimus quo nō penetrat auaritia? Fides valuit, Iustitia confecit. Andr.
Epist. 6.
A Enei. 3.

Quintus modus ex superioribus compositus, cum adiunctū pro alio adiuncto sumitur, idq; nō vno modo: nā sunt aliquādo duo epitheta duobus subiectis adnexa, improprie tamē, nisi suis subiectis restituantur. Virgil. *Ibāt obscuri, sola sub nocte per umbras.* Id est, ibant soli, sub obscura nocte: Hic tropus Hypallage dicitur, quoties cōuerso rerū ordine aliquid dicimus. Capitur etiam adiunctū pro adiuncto per *Metalepsin*, cum vicina pro vicinis, aut similia pro similibus ponuntur: vt *seuus* pro *ingens*. Virg. *Seuus ubi Aecacide telo iacet Hector.* A Enei. 1.
Idē. *Nec minus Aeneas maternis seuus in armis.* A Enei. 12.
Sic dixit idem *numina leua*, pro sinistra: Nā *sinister* à verbo *sino* prosperū significat in augurijs. Et, *Intonuit leuum*, Ridiculū autem est quod affertur à cōmētatoribus: quę Dijs dextra sint, eadē nobis esse *leua*, aut contrā. Nam *Fast.* 4.
Ouidius dixit: *Leuo polo.* Homerus, vt mo- Odyss. 15.

Quinti. in
Metal.

Iliad. 12.

Georg. 1.

A Enei. 11.

Epod. 2.

A Enei. 1.

Bucol. 1.

Libr. 13.

net Plutarchus, plurimus est in metalepsi: vō
cat enim insulas veloces, cū velit acutas in
telligere: verba Græca hoc melius declarant,
Toos & Oxis. Idem velocem appellat no-
ctem, quod vmbra terrę sit acuta: autho-
re eodem Plutarcho. Virgilius etiam tristes
appellat lupinos. hoc est amarus. Nam ama-
rus tristem etiam significat vt *hostis amare quid
increpitas?* Hor. *Libet iacere modo sub antiqua
ilice.* antiqua, id est, magna ac proinde vmbro-
sa. Est enim hoc aliud metalepsis genus, quan-
do gradatim itur ad id quod erat proprium.
Virg. *Speluncis abdidit aris.* id est, profundis.
Idem. *Post aliquot aristas.* Nam per aristas spi-
cas, per spicas menses, per menses estates, per
estates annos intelligimus. Sic Cicero suas in
Antonii orationes vocavit Philippicas. Sic
Martialis coracinum piscem vocavit gloriã
primam gulę Pellęę, cum Alexandrinę vo-
luisse significare. Alexander enim Pellæus
Alexandriam condidit.

METAPHORA siue trãslatio est mu-
tatio significationis ex coparatis ad cõpara-
ta: aut cū ex simili simile significamus. vt par-
turiunt arbores, florescunt genę, lux ingenij.
Huius tropi genera velle persequi superuaca-
neum est, & infinitum: nam tam latè patet
genus hoc quàm genera naturę. Nihil est

enim

enim (vt inquit Cicero.) in rerum natura, cuius
 nos non in alijs rebus possimus uti uocabulo & no-
 mine. Vnde enim simile duci potest (potest autem
 ex omnibus) in idem uerbum unum, quod similitu-
 dinem continet, translatum, lumen, affert orationi.
 Hæc Cicero, qui ibidem in latè metaphore vi-
 tia persequitur, quæ nos consulto relinqui-
 mus. Exemplis etiam super sedemus, quia ita
 tritus omnium linguis hic tropus est, vt nil fo-
 rè loquamur absque translatione. Et meta-
 phora si, duriuscula sit. C A T A C H R E-
 S I S dicitur, non tamen alius tropus est,
 imò verò omnistropus rectè appellabitur ca-
 tachresis. Cicero certè cum Aristotele tran-
 slationi subiūgit. Virg. *Instar montis equum di-
 uina Palladis arte ædificant.* Et cum grandè ora-
 tionem pro magna, minutum animū pro par-
 uo dicimus, aut cum pro virtutibus vicina vi-
 tia ponimus: vt pro forti audacè, pro prodigo
 dicimus liberalem. Hunc modū metaphore
 Latini dixere Abusionem. Si metaphora
 (vt fieri solet) multiplicetur, dicitur A L-
 L E G O R I A. 1. inuersio: in sacris dicitur
 P A R A B O L A, nec diuersum genus est à
 metaphora. Horat. *O nauis referent in mare te
 noui fluctus: o quid agis, fortiter occupa portum.* &
 totus ille locus. Allegoria perplexa & obscu-
 rior dicitur A E N I G M A. quæ anis possit
 esse

3. Orator.

3. Orat.

A Enci. 2.

A Enci. 2.

1. Carm.

esse enigma sine tropo. Huiusmodi sunt Pythagorę symbola: ignem gladio ne fodito: cor ne edito: hirundinem sub eodem tecto ne alas. Et illa Virgilij, Dic quibus in terris.

Eclog. 3.

IRONIA siue illusio, siue simulatio est mutatio significationis ex oppositis ad opposita: quia aliud, quàm quod dicit intelligi vult. Terent. E hodie boue uir. Cicer. o præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. Hęc aliquando multiplicatur, sed propterea non

Andr.

Phil. 3.

Lib. 9. c. 2.

mutat genus, vt credit Quintilianus, qui hęc modum inter figuras sententiarum collocat, adducto etiam simili contra seipsum: Quem admodum (inquit) allegoriam facit continua metaphora, sic hoc Schema faciat troporum ille contextus. Itaque continuata ironia tropus est, non figura: nam tres quatuorue homines non aliud faciunt animalis genus quàm vnus, nec numero rerum genera, sed natura sunt distin-

Andr.

A Enei. 4.

guenda. Terent. Scio cum patre altercasti dum, & is nunc propterea tibi succenset, neque te qui uult hodie cogere illam ut duceres. Virgil. Egre-
giam uerò laudem & spolia ampla refertis. Tu-
que puerque tuus: magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuum si scemina uicta duorum est.

Huc refertur Sarcasmos, id est iocus annarulen-
tus. Virg. Nouimus & qui te, & Mysterismos si
mulatus, sed nō latens derisus. Item Asteismos.

id est

id est urbanitas Cicer. *Disertissimum cognoui Philip. a.*
anum tuū, at te etiā apertiozem in dicendo: ille nun
quā concionatus est nudus, tuum hominis simplicis
pectus uidimus Præter hæc vsus est Ironiæ, vt tri-
 stia dicamus melioribus verbis, aut boni ho-
 minis gratia: quædam cōtrarijs significemus:
 qui tropus Græcis *Euphemismos* appellatur:
 vt mactare, pro occidere: benedicere, pro ma-
 ledicere: sacer, vel anathema pro maledicto.

SYNECDOCHE est mutatio signifi-
 cationis ex toto ad partem aut contra: Quum
 totum & partem dico, genus etiam & speciē
 intelligo. Latine conceptio siue intellectio di-
 citur. Fit quatuor modis.

Primus cum totum pro parte capitur. Vir *A Enei. 2.*
 gilius. *Priusquam pabula gustassent Troiæ, Xan-*
tumque bibissent, id est, partem aliquā Xanthi.

Secūdus cum pars pro toto, vt tectum pro
 domo: puppis pro nauis: mucro pro gladio.

Tertius cū genus pro specie, vt, peeta pro
 Homero, seu Virgilio: Orator pro Cicero-
 ne: priamides pro Hectore. Hic modus pro-
 prium habet nomen, dicitur enim *Antonoma-*
sis. Huc refer cū numerum pluralem pro
 singulari ponimus. Cice. *Populo imposuimus, Ad Bru.*
 & oratores uisi sumus. Iuuenal, *Et nos ergo ma- Saty. i.*
 num ferule subduximus.

Quartus cū species ponitur pro genere.
 Iuue=

TIO De elocutione.

Saty. 2. Iuven. Qui Curios simulant, et Bacchanalia in-
uunt. Curios dixit pro bonis. Sic dicimus gra-
men pro herba: Neronem pro crudeli: Croe-
sum pro diuite. Mæcenatem pro patrono li-
terarum. Huc refer singularem numerū pro
plurali, Liuius sepe dicit: Romanus pro alio ul-
tor. Horat. Me peritus discet Hiber. id est, Hi-
beri. Hęc de tropis.

Alij tropi enumerari solent, vt hyperbole,
periphrasis, onomatopœia, antiphrasis. Sed hy-
perbole tropus non est, sed amplificationis
genus, vt ocyor Euro: leuior vëtis: scopulis du-
rior: in quibustamen comparationibus si ali-
quando inerit metaphora, dicatur hyperbo-
lica metaphora. Martial. Tu non uitiosus homo

Libr. 11. es, sed uitium. Periphrasis argumentum est sub
definitionem cadens, alio nomine descriptio
dicitur, potest effici cum aliquo tropo, aut si
ne illo. Onomatopœia, id est, fictiō nominis,
vt sybylus, mugitus, bombardā, quid similitu-
dinis habet cum tropo? Antiphrasis (vt vulgo
intelligitur) non solū tropus non est: sed nec
aliquid quidem. Nullam enim dictionem ad
huc potui reperire quę per antiphrasin dica-
tur. Nam bellū, auctore Cicerone, ex duello

Ciccr. in factum est. Quintilianus ridet illos, qui lucū
Orat. à non lacendo deducunt. Parç teste Varro-
ne à partū dicuntur quòd præfint partibus.

Eume.

Eumenides teste Suida, dictæ sunt Furia ex tempore quo mites & pia à Pallade sunt redita in Orestis iudicio. testèq; citat AEschylum in Eumenidibus. Si tamen dictio hæc, antiphrasis, rectè intelligatur: ironiæ quædam est forma, qua contrarium ei quod dicimus significamus: vt autor est Plutarchus in Homerum, vt cum dicimus, non malus auctor, pro bono. Virgil. *Munerane sperno.* Idem. *Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.* id est placebit. Sed ad figuras transeamus,

A Enei. 7.
Georg. 3.

DE FIGVRIS SENTENTIARVM.

Figura est elocutio, qua oratio à vulgari cōsuetudine mutatur. Græci Schema vocāt, id est habitum & quasi gestum orationis: Eius duo sunt genera: vnum sententiæ, alterum verbi seu dictionis. Figura sententiæ est in totius orationis cōprehensione, & idcirco mutatis verbis omnino retineri pōt. Hoc enim Cicero discriminis esse dicit inter conformationes verborum & sententiarum: quòd verborum tollitur, si verba mutaris: sententiarum permanet, quibuscunq; verbis vti velis. Figure sententiarū in quatuor genera distinguuntur: primum in petitione aut response:

3. Orat.

sione: secundum in fictione: tertium in abruptione: quartum in amplificatione. Non quod hæc genera sint Schemata, sed quod in his quædam figurarum inter se sit communio. Primum igitur genus est aut in petitione, aut in responsione, aut in vtraque positum. Simplicis petitionis genera quatuor sunt: Optatio, deprecatio, addubitatio, & communicatio.

- Philip. 2.** Optatio est voti significatio. Cicer. Vtinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iam diu parturit. Virgil. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. Et cum imprecamur. Terent. Ut te quidem Diæ deæque omnes cum isto inuento perduint. Et cum salutamus. Virgil. Salue satis mihi debita tellus.

- Deprecatio est apostrophe cum precibus. **Pro Rabir. perd.** Cicer. Ab Ioue Optimo Maximo cæterisque Diis immortalibus pacem ac ueniam peto. Et cum inuocamus Virgil. Musa mihi causas memora. Nec solum ad deos & homines refertur deprecatio, sed ad res alias. Cicer. Vos enim Albanorum tumuli atque luci, uos, inquam, imploro, atque obtestor, uosque Albanorum obruta aræ sacrorum populi Rom. sociæ & æquales.

- Aporia.** Addubitatio est affectus solliciti & in consilij perturbatione hesitantis. Hinc exorsus est Cicero diuinam Philippicam: Quoniam

meo fato fieri dicam. Idem. Quid primum que-
rar? aut unde potissimum ordiar? aut quod aut à
quibus auxilium petam? deorumne immortalium?
Populine Ro? uestramne: qui summam potestatem
habetis, hoc tempore fidem implorem?

Communicatio est cum alijs quædam con-
sultatio: & præcipuè cum aduersario. Differt
à superiore, quòd illic apud nos metipfos: hic
cum alijs rationem inimus. Cicer. Tu denique
Labiene quid faceres tali in re, ac tempore? cum
ignauia ratiote in fugam atque latebras impelle-
ret: improbitas & furor L. Saturnini in Capito-
lium arcesseret: consules ad patriæ salutem, ac li-
bertatem uocarent: quam tandem authoritatem,
aut quam uocem, cuius sectam sequi, cuius impe-
riò parere potissimum uelles? In simplici re-
spõsitione duo tantum sunt: permissio & con-
cessio.

Permissio in facti rei que alicuius condona-
tione eleganter vsurpatur. Cicer. Licet impu-
nè per me parietes in adolescentia perfoderis, uici
nos compilaris, matrem uerberaris, habeat hoc
premium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitu-
do obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Hęc fi-
gura sæpè ab ironia petit ornatum, quia con-
trarium eius quo d permittimus, intelligi, aut
fieri volumus. Virgil. I, sequere Italiam uen-
tis, pete regna per undas. Terent. Profundat, per

Pro Ros.
Am.

Anacoens
sis.

Pro Ra-
bir. post.

Epitrope.
In Vatin.

A Enci. 4.
Adelph.

dat, pereat, nihil ad me attinet.

Verr. 7. Concessio cum id quod conceditur stat à nobis, aut certè non nocet, & aduersarium vrget. Cicer. *Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium uitiorumq; princeps, at est bonus imperator.* Idem. *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, &c.* Differt hæc figura à superiore, quòd illa in factis: hæc in dictis & argumentis est, cum aliquid damus, quod alius sibi concedi postulat. Nunc in petitione & responsione simul figuras enumeremus, prolepsin & subiectionem.

Procatalepsis. Prolepsis est alicuius quæstionis responsio & antè occupatio. Spectatur plerunque in procæmijs. Cicer. *Credo ego uos, iudices, mirari quid sit, quod cum tot summi oratores, hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque etate, neque ingenio, neque autoritate sim cum ijs qui sedeant comparandus.* Deinde subdit causas. Idem in Verrè. *Si quis uestrum, iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur.* Idè pro Cælio. *Si quis forte nunc adsit ignarus legum, fit etiam in alijs partibus orationis.* Idè in eadè *Dicit aliquis: hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? Ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit, ut in amore & uoluptatibus adolescentiam suam collocaret?*

Subie-

Subiectio est prompta & expedita redi-
 tio ad id quod proponitur. Cic. *Quid enim tam*
commune quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare
fluctuantibus, litus eiectis? Ita uiuunt dum possunt,
ut ducere animam de cælo non queant: ita moriun-
tur ut eorum ossa terram non tangant: ita iactan-
tur fluctibus, ut nunquam alluantur: ita postremo
eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conque-
scant. Idem. *Quod bene cogitasti aliquando, lau-*
do: quod non indicasti, gratias ago: quod non feci-
sti, ignosco: uirum res illa quærebat. Idem. *Vo-*
cat, ueniendam: poscit, dandum: cijcit, abeundum:
minatur, ex timescendum. Idem. *Cur dixisti testi-*
monium in alios? Quia coactus. Cur damnati sunt?
quia creditum est: Ex testimonijs citatis colli-
ges hâc figuram dupliciter tractari: aut enim
multa prius enumeramus, deinde subijcimus,
aut vnicuique enumerationi suam subiectio-
nem opponimus. Nunc de secundo genere,
quod in fictione versatur. Hęc autem fictio
est aut personæ, aut rei: illa Profopopœia, hęc
Præteritio dicitur.

Profopœia
 dosis.

pro Cœl.

Phili. 2.

Parad.

pro Sylla

Dialogis
 mus.

Profopopœia, siue sermocinatio est ficta
 personarum inductio, per quam res, cuiuscun-
 que generis sint, vocem & sermonem pos-
 sunt accipere. Hęc autem recta est, aut obli-
 qua. Recta est quando ficta persona verba si-
 bi data prosequitur. Obliqua vero quâdo nos

ea dicimus, quæ dici potuisse videantur à persona ficta. Exempla rectè prosopopœiæ sunt omnes orationes, quas personis tribuunt potestatem aut oratores. Virg. Dixitq; nouissima uerba.

A Enei. 4. Dulces exuuiæ dum fata, Deusque sinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis.
Vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

1. Catil. Deinde vno verbo prosopopœiam concludit: Dixit. Sic Cicero patriam inducit expostulantem cum Catilina: Siciliam cum Verre: Tragediæ, Comœdiæ, Dialogi, & dialogismi in hoc genere sunt composita. In quibus seruari decorum maximè oportet, hoc est, vt ficta persona dicat, quod si viua aut præsens adesset, diceret. Nam idcirco ab alijs *Ethopœia* dicitur, quòd mores alienos ad viuum effingat. Huc etiam refertur *Mimesis* quæ dicta tantum aliena repræsentat. Quale est illud Phædræ vocem Thaidis & verba imitantis. At ego nesciebam quorsum tu ires: paruo-
labinc abrepta est, eduxit mater pro sua, soror est dicta: cupio ab lucere, ut reddam suis. Prosopopœia mirè variat orationem. Nam illa aduersariorum cogitationes velut secum loquentium protrahimus, quæ tamen à fide non abhorreant. Et nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus.

Et sua

Et suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando personas idoneas damus. Formas quoque fingimus, vt Famam Virgilius: Voluptatem, ac Virtutem Prodicus apud Xenophontem. Oblique profopopœiæ exempla multa sunt in Cæsaris commentarijs, nunquam enim ferè illic rectæ ponuntur conciones, sed quid potuit aliquis dixisse, obliquo sermone describitur: quod proprium historiæ est, vt asserit Trogus Pompeius, qui Liuium & Sallustium reprehendit, quòd conciones directas pro sua oratione operi suo inferendo, historiæ modum exceßerint.

Præteritio, seu prætermisio, Græcè *Parasiosis*, vel *Apophasis*, est cum dicimus id quod fingimus velle prætermittere. Cicer. *Nec eadico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis, te antequam de Sicilia decesseris, in gratiam rediisse cum Verre, &c.* Idem. *Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, &c.* Virgil

Quid repetam exustas Erycino in litore classes?

Quid tempestatum regem, uentosq; furentes,

Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?

Huc pertinent simulationes illæ quæ ad augendum id quod dicitur adhibentur, cum fingimus rem tantam esse, vt verbis exprimi nō

pro Cael. possit: aut longius tempus ad dicendum potest
 stulet. Cicer. *Dies iam me deficiet, si quæ dici in
 hanc sententiam possunt, coner expromere: de cor-
 ruptelis, de adulterijs, de proteruitate, de sumpti-
 bus immensa oratio est.* Virgil.

A Enei. 1. O dea, si prima repetens ab origine pergam,
 Et uacet annales nostrorum audire laborum:

Ante diem clauso componet uesper olympo.

Sed iam tertium genus aggrediamur, quod in
 abruptione sermonis cernitur. Cuius quatuor
 sunt formæ. Digressio, Auersio, Reticentia,
 Correctio.

Digressio, est à re proposita in aliam, non
 tamen alienam prorsus, abruptio: quæ si
 longiore est à Græcis *Parechasis* dicitur: si bre-
 uis *Parenthesis*. Digressio longior frequenter
 aliqua præfatione præmunitur, ne inconside-
 rati & imprudentes alias res agere videamur:
 & cum tota excursio facta est, sæpè adhibe-
 tur clausula, quæ reditum significat ad id vn-

Actiõe. 6. degressa erat oratio. Cicer. in Verrem, lon-
 ga & eleganti oratione Siciliam & Syracu-
 sas depingit. Sallustius in Iugurtino de Phi-
 lenorum aris non iniucundam texit narratio-
 nem, sed à doctis reprehenditur, quòd nihil
 ad historiam. Parenthesis exempla ubique
 occurrunt. Virgilius.

Eclog. 9. *Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis
 Mantua*

Mantua uè misera nimium uicina Cremonæ)

Cantantes sublimè ferent ad sidera cygni.

Auerfio Græcè Apostrophe, est mutatio siue abruptio sermonis à recto & naturali cursu ad aliud quippiam, ut ad Deū, cælum, terrā, homines, solitudines, sidera, lucos, siluas, & ad seipsum Virgil. *Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt?* Interdum verò ad incertam personam nos conuertimus: ut Dido apud Virgil. *Aenei. 4.*

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,

Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos.

Reticentia, Aposiopesis, est abruptio, quā pars aliqua sententię reticetur: & oratio quasi abruptitur. Terent. *Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non?* Vigil. *Quos ego? sed motos præstat.* & c. Idem. *Equus erit mecum iuuenes qui prius in hostem?* *Eunū. Aenei. 1. Aenei. 9.*

Correctio est propositæ sententię reprehensio & emendatio. Cic. *Italiam ornare, quam domum suam maluit: quanquam Italia ornata domus ipsa mihi uidetur ornatio.* Huc pertinet sui ipsius reuocatio. Virg. *Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuolo? Quid ue moror?* Correctio etiam unius uerbi est, ut suo loco dicitur. Sed ad quartum genus transeamus, cum res amplificantur. Cuius sunt quatuor formę, Exclamatio, Sustentatio, Licentia, Hyperbole.

Exclamatio, est orationis uehementior elatio

- Pro Mil.** tio, Signum eius: ô, pro, heu, En. Cice. O frustra suscepti mei labores, ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. Interdum illudit. Cicero.
- Philip. 3.** O præclarum custodem. Habet interim admirationem. Cicer. O clementiam admirabilem! Admittit & commiserationem. Virgil. En quo discordia ciues Perduxit miseros, en quis consecimus agros. Huc denique referuntur acclamationes, Græcè Epiphonemata cum hisferè signis: tantus sic, vsq; eo, adeo. Virg. Tantæ molis erat Romanâ condere gentem. Idem. Adeo in
- pro Ligar** teneris consuescere multum est. Horat. Sic leue, si paruum est animum quod laudis auarum Subruit aut reficit. Cicer. Vsque eo illa quæ dicenda de iustitia putabat, à uitæ consuetudine, & à ciuitatû moribus abhorrebant.
- Eclog. 1.**
- Enei. 1.**
- Georg. 1.**
- 2. Episto.**
- 1. Orat.**
- Lib. 1.**
- Sustainatio, est suspensio sententiæ quæ suspendit animos, vt aliquid maius aut minus obijciat inopinatum. Plurimus est in hac figura Martialis: vt illud ad Pastorem.
- Credis ob hoc me, Pastor, opes fortasse rogare
 Propter quod uulgus, crassique turba rogat:
 Vt setina meos consumat gleba ligones.
 Et sonet innumera compede Tuscus ager:
 Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes,
 Et crepet in nostris aurea lamnatoris:
 Nec labris nisi magna meis crystallaterantur,
 Et faciant nigras nostra salerna niues:

Ut Canusinus nostro Syrus asserere sudet.

Et mea sit culto sella cliente frequens.

Aestuet ut nostro madidus conuiuia ministro,

Quem permutatum nec Ganymede uelim:

Vt lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas,

Et Massyleum uirga gubernet equum.

Est nihil existis: superos, ac sidera testor.

Ergo quid? ut donem, Pastor: & edificem.

Dicitur hæc etiam figura Paradoxon, quia
ferè semper præter opinionem cõcludit. Mart. *Libr. II.*

Mentitur, qui te uitiosum, Zoile, dixit.

Non uitiosus homo es, Zoile: sed uitium.

Licentia, Parrhesia, est orationis libertas atque
fiducia liberius affectum mentis exprimens. Cicer. *pro Ligat.*

Quid aliud egimus, Tubero, nisi ut

quod hic potest, nos possemus. Hac sepè figurati

tur Cicero in prima & secunda Philippica.

Hyperbole, idest superlatio, est oratio super-

râs veritatem, alicuius augendi, minuendiue

causa: ut ocyor Euro. Hactenus de figuris sen-

tentiarum in quatuor genera diductarum: nunc

ad verborum figuras transeamus.

DE FIGURIS VERBORVM.

Figure verborum non spectantur in orationis sententia, sed in conformatione, & concinnitate verbi vnius, aut multorum: & idcirco mutatis verbis figura non permanet.

Diuidi possunt in tria genera, Repetitione,
Commutationem, & Numerum. Figuræ ver-
borum in repetitione decem sunt.

1 Epanaphora, Epibole, Anaphora. i. rela-
tio, est cum ab eodem principio ducitur sa-
pius oratio. Terent. *Primus sentio mala nostra:
primus rescisco omnia: primus porro obnuncio:*
Adelph. *egre solus, si quid sit, sero.* Virgil.

Te dulcis coniunx, te solo in littore secum

Te ueniente die, te decedente canebat.

2 Antistrophe, Epiphora. Epistrophe, Cō-
uersio, qua idem verbū sepius in fines conuer-
titur. Cice. *Doletis tres exercitus populi Rom.
interfectos? interfecit Antonius. Desideratis cla-
rissimos ciues? eos quoque eripuit nobis Antonius.
Auctoritas huius ordinis afflictæ est? afflixit Anto-
nius. Idem. Quare cum ego legem de ambitu tulerim,
ex senatus consulto tulerim, sine ui tulerim, sal-
uis auspicijs tulerim, saluaq; lege Helia & Fusia,
tu eam esse legem non putes?* Mart.

Capto tuâ, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam,

Tu captas alias: iam sumus ergo pares.

Mane salutatum uenio: tu diceris isse

Ante salutatum: iam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidiq; ante ambulo regis,

Tu comes alterius: iam sumus ergo pares,

Esse sat est seruum: iam nolo uicarius esse.

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

Cice.

Cice. Hem Posthume, tu ne es Curij filius. C. Rabi *pro Rabir.*
rij iudicio & uoluntate filius? natura sororis filius? *post.*

3 Epanastrophe, Cænotes, Symploce. Cõ-
plexio. ex superioribus cõposita, quia ab ana-
phora incipit, & in antistrophē finit. Cicer. *Agrar. 2.*
Quis legem tulit? Rullus: quis maiorem populi par-
tem suffragijs priuauit? Rullus: quis comitijs præ-
fuit? idem Rullus. Idem. Quis eos postulauit? Ap- *pro Mil.*
pius: quis produxit? Appius.

4 Circulus periodus orbis. cū iisdē uerbis clau-
ditur, quibus incipit oratio. Virgil. *Multa super Aenei. 1.*
Priamo rogitans: super Hectore multa Idē. *Am- Eclog. 7.*
bo florentes ætatibus, Archades ambo. Vide Mar- *Eclog. 7.*
tialē lib. 9. circa finem ad Iulium.

5 Epizeuxis, est geminatio uerbi in eadem
parte sententiæ. Hæc autem aut est continua:
cum uerba geminantur nullo medio. Horat. *1. Epist.*
O ciues ciues, quærenda pecunia primum est. Aut
est disiuncta: cum in eadem sententiâ geminan-
tur uerba, sed aliqua dictione media. Virgil. *Aenei. 1.*
Maria undique, & undique cælum.

6 Anadiplosis, repetitio uerbi in fine unius
sententiæ, & alterius principio: estq; ut supe-
rior, aut cõtinua aut disiuncta. Virg. *Vos hæc Eclog. 10.*
facietis maxima Gallo: Gallo, cuius amor. Idem. *Eclog. 9.*
Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua ue misere.

7 Epanalepsis, Resumptio, cum post aliqua
multa

- multa interposita, perspicuitatis gratia, resu-
 mimus quod in principio collocauimus. Virg.
 Eclog. 8. Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuenciu
 Pernemora, atque altos querendo bucalucos
 Propter aquae riuum uiridi procumbit in herba
 Perdita: nec serae meminit decederenociti:
 Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
 8. Epanodos, quae semel proposita iterat. La-
 tine regressio. Ouid. in epist.
 Aenei. 2. Demophon, uentis et uerba et uela dedisti:
 Vela queror reditu: uerba carere fide. Virg.
 Eclog. 7. Iphitus et Pelias mecum: quorum Iphitus euo
 Ia grauior, Pelias et uulnere tardus Ulyssis Idem
 Copuleratque; grege Coridō et Thyrsis in unum
 1. Epist. Thyrsis oues: Corydō distentas lacte capellas.
 9. Ploce, tractatio, cum nullo ordine eadem
 uerba repetuntur. Horat. Is ne tibi melius sua
 det, qui ut rem facias, rem, si possis recte, si non,
 quocumque modo rem? Virg. Non erit auxilio no-
 bis Aetolas, et Arpi: At Messapus erit. Est et
 Georg. 3. Ploce. 1. implicatio, quum eadem uox bis posita di-
 uersa significat. Virg. Ex illo Corydō, corydō est tempo-
 re nobis, et Amari iucundum est, si nihil insit amari.
 10. Polysyndeton, coniunctionum repeti-
 tio siue multitudo. Virg. Tectumque, laremque,
 Armaque Amycleumque canem, Cressamque phar-
 tram. Haec figura parum aut nihil differt à su-
 periore. Sed de figuris quae fiunt per repetitio-
 nem

nem hæc sint dicta. Nunc de his quæ per cõ-
mutationem fieri solent, disputemus. Cerni-
tur autem hæc commutatio in ordine, casu,
& significatione. Ordinis figuræ duæ sunt:
Climax, & Antimetabole.

Climax, gradatio, est cõmutatio ordinis,
in qua non antè ad consequens verbum de-
scenditur, quàm ad superius cursum est. Cic. *Pro Quin-*
si debuisset, petisses statim: si non statim paulò *tio.*
equidem post: si non paulo post, at aliquando. Idem. *Pro Mil.*
Nec uero se populo solum, sed etiam senatui com-
misit: nec senatui modo, sed etiam publicis præsidys
et armis: neque his tantum, sed eius potestati, cui
senatus totam remp. commisit. Virg. *Torua leana* *Eclog. 2.*
lupum sequitur, lupus ipse capellam, &c. Sorites
fit semper in hac figura.

Antimetabole, commutatio siue inuersio *Metathe-*
sententiæ, cum verba declinata repetuntur. *sis.*
Horat. *Et mihi res non me rebus submittere co-* *1. Epist. 0.*
nor. Fortuna chara est arti, ars quoque fortu-
na. Non vt edam uiuo: sed vt uiuam edo. In
casus commutatione sunt tres figuræ.

Polyptotõ, cum eiusdem nominis aut ver *Paregme-*
bi casus, aut terminationes variantur. Cicer. *non.*
Certus locus, certa lex, certum tribunal. Virgil. *Verr. 7.*
Littora littoribus contraria, fluctibus undas. *Im. Enei. 4.*
precor arma armis, pugnent ipsique ne potes. Idem. *Eclog. 3.*
Ab Ioue principium muse: Iouis omnia plena: ille
colit

pro Arch. colit terras: illi me a carmina curæ. Cice. Sed pleni omnes sunt libri, plena sapientum uoces, plena exemplorum uetustas.

Homœoptotō. similiter cadens, quādo clausulæ finiuntur casibus similibus. Cū casus dico, nō solū de nominib⁹ intelligo, sed de reliquis

pro Cœl. etiā partibus orationis. Cicer. Cum tristibus se uere, cū remissis iucunde, cum senibus grauiter, cū

pro Mar. iuuentute comiter. Idem. Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes.

pro Cœl. Homœoteleuton similiter desinens, quando sibi clausulæ consonando respondent. Cice. Quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitionibus effusior? In commutatione significationis duæ sunt figuræ Paranomasia & Correctio.

Antanadafis.

Paranomasia, id est nominatio, est mutatio in uerbum simile. Terent. Nam inceptio est amentium, haud amantium.

And.

Cice. En cur magister

Phil. 3.

ex oratore arator factus est. Idem. Non modo uincere, uerum etiam uincere oportet.

de Aruf.

Correctio commutatio est in uerbo, cū ipsum reprehenditur. fit autem duobus modis. nam si antequam efferatur, corrigitur: dicitur Prodiorthosis. Teren. Dehinc postulo, siue

And.

equum est, te oro Daue. Cicer. Non iam leuitatis

Phil. 5.

est.

est.

est, sed, ut quod sentio dicam, dementiæ. Aut fit cū iam effatum verbum est. Et dicitur Epanorthosis. Cicer. O hominem fortunatum, qui huiusmodi nuntios, uel potius pegasos habeat. Retulimus hanc figuram inter sententias, quia utriusque partis est, Sed ad numeros transeamus.

pro Quin.

DE NUMERIS.

DE repetitione & cōmutatione diximus, restat ut de tertia parte figuræ verborū dicamus, quæ in numero, siue verborum collocatione cernitur, per quam oratio suauiter, & modulatè componitur.

Numerus est modulata orationis cōpositio, quæ in incis, mēbris, periodis spectatur.

Incisum siue Comma, est imperfecta sententia, in octo syllabas propemodum excurrent, ut ait Hermogenes: siue ut inquit Cicer. in duos pedes & semis. ut, *Antequam de repu. dicam ea.*

Membrum siue colum est perfecta quidē sententia, sed alio tamen relata: excurrent ad magnitudinem ferè carminis heroici. (Quòd si longius excedat, dicitur colum Schænotenes, orationum proæmijs & magniloquentiæ accommodatum) ut, *Antequam de repu. dicam ea, que dicenda hoc tempore arbitror.*

Periodus, ambitus, circuitus, orbis, conuersio, comprehensio, continuatio, circūscriptio

his

(his enim nominibus utitur Cicero) est perfecta & absoluta sententia. ut, *Antequam de re-
pub. P. C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore ar-
bitror: exponam uobis breuiter consilium & pro-
fectionis & reuersionis meæ.* Fit autem periodus
ex vno colore, quod Schoenötenês diximus

pro Cluët. appellari. Cicero. *Animaduerti, Iudices, om-
nem accusatoris orationem in duas diuisam esse par-*

in Orat. *tes.* Item. *Depressam, cæcam, iacentem domum
pluris quam te, quam fortunas tuas æstimasti.* Fit

de prouin. ex duobus, & periodus dicolor dicitur. ut.
*Non is solum gratus debet esse, qui accepit benefi-
cium: uerum etiam is cui potestas accipiendi fuit.*

pro Mil. Quod si duo membra sint inter se paria Isocolos dicitur, aut compar. ut. *Si laus allicere nos
ad recte faciendum non potest: nec metus quidem
à scædissimis factis potest auocare.* Item. *Nam ut
locus sine portu nauibus esse non potest tutus: sic
animus sine fide stabilis amicis esse non potest.* Fit

etiam ex tribus membris, & tricolor dicitur,
ut, *In prælio mortem pater oppetebat: domi filius
nuptias comparabat: hæc omnia graues casus ad-
ministrabant.* Fit denique ex quatuor, & te-

pro Cecin. traolos, dicitur. Cicero. *Si quantum in agro lo-
cisque desertis audacia potest: tantum in foro atque
in iudicijs impudentia ualeret: non minus in causa
cederet Cæcina Ebutij impudentiæ: quam tum in
ui facienda cessit audaciæ.* Quod si ultra proce-

dat, iam non periodus, nec circumscripta dicitur oratio, sed *Pneuma*, i. quantum vix vno spiritu pronunciare possumus. Quale est initium pro Milone *Et si uere iudices, &c.* Et Titi Liuij compositio. Periodis non utemur ubi acriter instanter, & pugnaciter dicendum erit: sed incisis, aut membris: vt. *Abijt, excessit. erupit, euasit.* Item. *Vicit pudorem libi so, timorem audacia, rationem amentia.* In Cluent.

Numerus autem aut est naturalis, aut artificiosus: vterq; verò aut poeticus aut oratorius.

Naturalis numerus est positus in aurium iudicio. Hinc illæ obseruationes vitandæ asperitatis literarum, vt perterre repas, & versuti loquas, scabra rubigo. Hinc fugiuntur uocallium hiatus: vt. *Ego omni officio ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus.* Hinc illa obseruatio legendorum uerborum pro subiecta materia, aliter enim sonat: *Tityre tu patere recubans sub tegmine fagi: aliter, Stai sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.*

Vides duos versus, quorum vterque sex habet pedes. vterq; clauditur eodem modo. sed in priore quater auditur, i. litera exilis: nusquam, o, plena litera: s, p, e, e, tenuis. r, quæ est aspera tantum bis, idque cum, e, vt vix audiat. Fugienda etiam sunt cacophata vt *cæca caligine* in uocabulis longioribus utendum

In Orat.

Syncopa. vt, Sestertium, nummum, amas-
 sem. Sunt etiam quædam genera verborum
 (inquit Cicero) in quibus ipsis concinnitas
 inest: quæ siue casus habent in exitu similes,
 siue paribusparia reddunt, siue opponuntur
 contraria, suapte natura numerosa sunt, etiã
 si nihil est factum de industria. In huius con-
 cinnitatis consecratione Gorgiam fuisse
 principem accepimus: quo de genere illa
 nostra sunt in Miloniana. Est enim hæc, Iudi-
 ces, non scripta, sed nata lex: quam non didicimus,
 accepimus, legimus: uerum ex natura ipsa arripui-
 mus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed
 facti: non instituti, sed imbuti sumus. Idem pau-
 lō post. Semper hæc quæ Græci Antitheta
 nominant, cum contrarijs opponuntur con-
 traria, numerum oratorium necessitate ipsa
 efficiūt, & cum sine industria. Hęc genere an-
 tiqui iam ante Isocratē delectabantur, & ma-
 ximè Gorgias, cuius in oratione plerūq; effi-
 cit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in
 hęc genere frequentes, vt illa sunt in quarto
 accusationis. *Conferte hanc pacem cum illo bello:
 huius prætoris aduentum, cum illius imperatoris
 uictoria: huius cohortem impuram, cum illius exer-
 citu inuictor: huius libidines, cum illius continentia:
 ab illo qui cepit, conditas: ab hoc qui constitutas ac-
 cepit, captas dicetis Syracusas.* Hęc ille de natu-
 rali

rali numero: cuius discrimen aures metiuntur, quæ plena sentiunt, & parum expleta desiderant, asperis offenduntur, lenibus mulcentur, contortis excitantur, stabili probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia fastidiunt, harum deniq; iudicium est (vt inquit Cicero) superbissimum. Hæc de numero naturali siue poetico siue oratorio. *In Orat.*

Artificiosus numerus constat ex pedibus. Pes est dimensio quantitatis, in duabus minimum syllabis. Pedum alij dissyllabi, alij trisyllabi, alij tetrasyllabi.

Pedes dissyllabi quatuor enumerantur, sed mihi

Pyrrhichius ex duab. breuib.

pes non est, ut,

Iambus, seu Daunius

Choreus

Spondæus

oo Deus

o= Parens

=o Solus

-- Verax

Trisyllabi octo.

Trocheus, seu tribrachys

Dactylus

Anapæstus, seu antidactylus

Scolius, seu amphibrachys

Cræticus, seu amphimacer

Bachus, seu Oenotrius

Palimbachus, seu Latius

Molofus, trimacer, vel Canis

ooo Dominus

-oo Vnicus

oo- Patiens

o-o Benignus

-o- Excitans

o-- Iacentes

--o Solamen

--- Oppressus

K a

Tetra

Tetrasyllabi usitatores.

Dichoreus.	0000	Dulciora
Pœan primus	0000	Incipite
Pœan quartus	0000	Sonipedes
Dispondeus.	----	Constantino

Hi pedes poetici sunt & oratorij, sed de numero poetico nihil hic agemus (quanuis non alienus erat locus) quia diligenter hæc pars à multis est pertractata.

Oratorius numerus liberior & solutior est, nec eadem lege semper collocatis utitur pedibus, imò quantum potest à poematis similitudine refugit, cum eius voluptatem aucupetur. Itaque si vitaueris in oratione versum integrum, & in principio orationis principium carminis, itemque in clausula, clausulam: licebit efficias ex quibuslibet pedibus numerum: dum ne semper iisdem utare pedibus, quia varietate mulcentur aures. In omni ergo periodo sunt initium, medium clausula.

Principia quæ vacuas ingrediuntur aures, numero vacare non debent. Non enim potest placere quod statim quasi in vestibulo offendit. Hi pedes principijs solent esse aptiores.

Creticus, qui & Amphimacer, ut, *Neminè uestram ignorare arbitror. Malui denique.*

Peon siue Pœan primus, ut, *Quibeneficio ue-*
sira

Pro Dactylus, vt: Omnia præteribo.
Anapestus, qui & Antidactylus, vt. Patior iu-
dices. Molossus, vt. Dūque supr aures dicendi.

Media verò quoniam surdus audiuntur,
 quàm vel prima vel extrema, paulò negligenti-
 us instrui solent. Sed omnia sic sunt tempe-
 randa, primo ne medium, medio ne discrepet
 innum. Medijs in partibus amplissimusest
 Pæan primus & quartus.

Extremus periodi finis, quæ proprie claus-
 sula dicitur, accuratam postulat diligentiam.
 Hic enim quiescit, & exoptata numeri iucun-
 ditate recreatur auris. Et si quid in oratione
 voluptatis est, dominatur in fine. Finem au-
 tem non solum totius ambitus intelligas, sed
 etiam incisorum, & membrorum, quæ nume-
 rose terminari iucundum est. Hæc tamen ob-
 seruatio, nec maior sex, aut ad summum se-
 ptem syllabis esse debet, nec minor tribus. Hi
 pedes clausulis sunt accommodatiores.

Dichoreus ad eò pulchrè cadit, vt hoc. C.
 Carbo concionem populi Roma, in clamo-
 rem excitarit. Et principes Asianorum rheto-
 rum hoc pede fere clauserint orationè: quod
 tamen si sæpè fiat, improbat Cicero. Quia in
 orationis numero nihil tam vitiosum, quàm
 si semper est idem, vt Patris dictum sapiens tes-
 meritas filij comprobauit. Et Penè ab interitu uin-

dicasti. *Poenas persolutas.* Creticus cum Dichoreo, vt, *Impium semper existimaui.* Nam vltima syllaba longa sit an breuis ne in versu quidem refert.

Iambus cum Dichoreo. *Virum cum uiro comparetis.* Dactylus & dichoreus. *Solatia seruitutis. Exteris gentibus imperare.*

Spondeus & Dichoreus. *Accepti beneficij confessionem. Si des collocare.* Vtitur hoc saepe Cicerus Creticus & spondeus, siue (quod idem est) choreus & molossus. *Retribuendi facultatem. Me potissimum esse delectum. Depellendi criminis causa.* Hæc clausula familiaris est Ciceroni.

Dichoreus, & Molossus. vt, *Plerique minime timendum fuisse senserunt.*

Dactylus & Molossus aliquando. vt, *Esse uidebatur.* Creticus solus, aut (quod idem est)

Dactylus saepe cadit. vt, *Hæc scripsit diuinitus.*

Duplicatur interdum. vt, *In communionem tuorum temporum contulit.* Aliquando triplicatur.

Facere enim probus adolescens periculose, quam turpiter perpeti maluit. Tribrachys cum spondeo plurimus & mollissimus est in clausulis.

Diu multumq; Brute dubitaui. Omnibus fortasse uideatur. Hanc clausulam non valde probat

Quintilianus: at exemplorū multitudo apud Ciceronem aliud declarat.

Spondeus iteratus grauitatis plenus est, præcipue

ēipue choreo vel Iambo præcurrente. In monu-
 mentis maiorum suorum sic intersectus. Etenim
 palam dictitabat, consulatū Miloni cripi non posse,
 uitam posse. Sed etiam gloriam per tales uiros in-
 fringendam. Me consulem declarauit.

Tres spondei aliquando. Victorijs illustratæ
 sunt. Pietatem testatiorem demonstrarem.

Dactylus & spōdeus fugien diferē sunt, quia
 heroici carminis sint clausulæ. A Cicerone **Pro Mil.**
 tamen non semel apponuntur. Omnes in me
 meosque redundant ex illo fonte dolores. Tamen
 uerbis extenuabo. Hæc tanta uirtus ex hac urbe **Ibidem.**
 expelletur, exterminabitur, eijcietur? Si tamen
 hi pedes non suis integris dictionibus enun-
 cientur, nihil fœdabunt numerum. ut, Assē-
 qui non potuerunt.

Creticus cum Dactylo uisitatissimus est. Neq;
 ad consilium casus admittitur. Distractus à fratri-
 bus. Pæon primus cum Spondeo. ut, Ne tantæ
 facinoris immanitas, aut non stetisse, aut non un-
 dicata esse uideatur.

Spondeus, Molossus, & qui plures longas
 fortiuntur, moram afferunt orationi. His tu
 proinde & colis hexametro lōgioribus utare
 oportet, si grauitatem in oratione desideras.

Dactylus, Anapæstus, Tribrachys, & qui
 plures habent breues, celeritati sunt apti, quæ
 admodum & incisa atq; breuia membra.

Nec audiendi sunt, qui nullam in his numeris collocandis subeundam molestiam putant: quam homines doctissimi & in obseruando & in tradendo subierunt. Nihil enim (vt inquit Fabius) intrare potest in affectum, quod in aure, velut quodam vestibulo, statim offendit. Nec tibi rursum auctor sum, vt in hac cura conserescas: sed vt hoc quicquid est artis, experiaris adulescens, & omnia trahas ad usum. Nam (quod in fidibus pulsandis solet accidere) exercitatione consequeris, vt apte cadat oratio, & hanc numerandi molestiam relinquas.

DE PRONUNTIATIONE.

Pronuntiatio est apta concepte elocutionis enuntiatio. Nec enim alia pronuntiationis est doctrina, quam elocutionis: nam qualis cogitatio fuit, talis est pronuntiatio. Eius duę sunt partes: Vox, vnde pronuntiatio: & gestus, vnde actio dicitur, quarum altera ad aures, altera ad oculos pertinet. Ac vocis quidem bonitas optanda est, sed tractatio atque vsus est in nobis. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Itaque vtcunque se affectum videri volet orator, & animum audientis

tis moueri, ita certum vocis adhibebit sonū.
Contenta igitur voce atrociter dicet: & sum-
missa leniter inclinata grauiter, & inflexa do-
lenter. In motu obseruabit, nihil vt supersit
ingestu. Status erectus. & celsus, rarus inces-
sus, nec ita longus: excursio moderata, ea que
rara nulla mollitia ceruicum: nullę argutię
digitorum: non ad numerum articulus ca-
dens: trunco magis toto se ipse moderans, &
virili laterum flexione: brachij projectione
in contentionibus, contractione in remissis.
Vultus verò, qui secundum vocem plurimū
potest, quantam affert tum dignitatem, tum
venustatem. In quo cum effeceris nequid ine-
ptum aut vultuosum sit, tum oculorū est que-
dam magna moderatio. Nam vt imago est
animi vultus: sic indices oculi: quoniam & hi-
laritatis & vicissim tristitię modum res ipse,
de quibus agetur, temperabunt. Est denique
actio quasi quędam corporis eloquētia. Hęc
Cicero. Qui verò plura volet, ad eat Quintilia-
num vberrius de actione differentem. Mo-
tus verò regula sit nobis semper fidus amicus:
qui liberē vitia notet. In omnibus denique
quę ad actionem pertinēt, doctorum semper
iudicio, sicut in rebus omnibus erit ad hęc
adherendum. Illud præterea Crasso & Ciceroni ma-
ximē placuit, vt in exordio & initio dicendi

cōmouerentur. Qui quāuis optimē dicerent,
 intelligebāt nonnunquā summis oratoribus
 non satis ex sententia euentum dicēdi proce-
 dere: proinde quod aliquādo posset accidere,
 timebant, ne tunc accideret. Simul quia quo-
 tiescunq; dicimus, toties de nobis iudicatur.
 Deinde, velut quandam impudentiam osten-
 tat, qui cum tam graue munus suscipiat, vt si-
 lentibus cunctis maximis de rebus sit audien-
 dus, non falem hac vna re commouetur, q̄
 adest, ferē nemo, quin acutius atque acius vi-
 tia in dicēte, quam recta videat. Ita quicquid
 est in quo offenditur, id etiā illa quæ laudāda
 sunt obruit. Quare Cicero nō solum in ijs di-
 cendi aut re vera, aut studiosē cōmoueri sole-
 bat: sed id verbis testificari, non aspernabatur,
 vt pro Deiotaro. Cū in omnibus causis gra-
 uioribus, C. Cæsar, initio dicendi cōmoueri
 soleam. vehementius, quā videtur vel vsus vel
 ætas mea postulare: tum in hac causa ita me
 multa perturbant, vt quantū mea fides studij
 mihi afferat ad salutem regis Deiorati defen-
 dendā, tantum facultatis timor detrahat. Ho-
 merus quoque summū illū oratorē Vlyssē
 stetitisse oculis in terram defixis sceproq; im-
 moto dicit, antequam diuinam illam eloquē-
 tia procellam effunderet. Quod & Ouidius
 noster in eodem Vlyssē est imitatus,

IN OBITVM D. IOANNAE
CASTELLAE, ARAGO-
niae, Legionisque Reginae.
Francisci Sancti epi-
taphius.

Hesperiae Regina plaga peto sidera tandem,
Impleat postquam regibus omne solum.
Nanque si in occiduis defigas lumina regnis,
Qua subit Oceanum diutis unda Tago:
Inuenies illic quae Seras frenet & Indos,
Et quae Gangaridis det pigiura uiris.
Sive etiam spectes Boream, septemque Triones,
Hic quoque care nepos sceptrum Philippe tenes,
Nec procul hinc triplici exultat quae Gallia regno,
Leta fuit nostrae prolis habere ducem.
Romanis, Hunnisque simul clara indole regem:
Et dedimus Regem terra Bohemia tibi.
Extremos hominum Morinos mea filia ducit,
Qua pulsas Scythicas Rhene bicornis aquas.
Et qui Romulidis quondam dare iura parabas
Cimbri caput proli subdis inermis meae. (Chen.
Quid iam parua loquor? summum orbi nonne Monar-
Tempora cui cingit terna corona, dedi?
Qui duras Arabum gentes, Turcasque rebelles
Contudit, ut Christi floreat alma fides.
Ausus & Herculeas metas diuellere, pontum
Per medium ducens (ut noua regna petat.

Nec

Nec prius inuentis statuit finemque modumque,
 Quim subitus posset cernere Gangis opes,
 Sic natos uidi Reges, Regesque nepotes.
 Et Reges horum pignora grata simul.
 Fœcundo postquam compleui germine terras,
 Auctura Indigetes summa per astra uehor.

EIVSDEM.

CAROLI PRINCIPIS APO-
 theosis, qui Iouem Scorpione gestante
 ad Superos migravit.

QVæ quibus anteferã? pungit hinc publica dâ-
 Hinc lacrimæ tristes magne Philippe tuæ.
 Principis amisit caros Hispania uultus,
 Cuius in exortu gaudia magna tulit,
 Hunc rapuere sibi pietas, probitasque, fidesque,
 Atque honor, atq; decus: morsque ministra fuit.
 Amisit gnatum pariter populi pater, & rex,
 Indole cui nullum fata tulere parem.
 Sed terris ostendunt tantum: & munera ouanti
 Pulchra negant orbi, ciuibus atque patri.
 Et quisquam patri lugendi imponere leges
 Audeat? aut gnati funera flere uetet?
 Luge care pater gnati fera funera a lemti,
 Hesperie luge spemque, decusque tuæ.
 Tugnatum amisti, nulla est tanti principis orba!

Tugna

Tu gemis ereptum pignus: at illa ducem,
 Qui post exactos patris feliciter annos,
 Imperioregeret Solis utramque domum.
 At gaudet Princeps curis iam liber ab istis,
 Ut quinter cœli si lera clara micet.
 Funde nouas lacrymas gaudens iâ magne Philippe.
 A Eterno potitur CAROLVS imperio.
 Fessos tolle oculos, qua regnat Scorpius ingens.
 (Hinc sedem Augusto uouerat ante Maro)
 Nonnè uides ardens insueto ut splendeat igne
 Scorpius? ut nitidum fundat ab arce iubar?
 Hic est, quem nobis stellantis regia cœli
 Inuidit nuper, CAROLVS ille tuus.
 An uero cœlo spes tes fulgentius astrum?
 Non qui purpureo Phosphorus igne micat.
 Tale Dionei non fulsit Cæsaris astrum:
 Nec Beroñiceo uertice cascade coma.
 Hec modo diuina Vrania dictante notauit,
 Cum raperent nostras sidera delicias.
 Ergo hinc deuotos semper spectabit Iberos,
 Atque illustrabit foriâ facta patris.

EIVSDEM.

IN OBITVM D. ISABELLAE
 Hispaniarum Reginae.

Qvis iacet hoc tumulo? magnò regina Philippo,
 iuncta modo fido sedere coniugij.

Occidit

Occidit ante diem regnorum ingens decus, & pax.

Horobion factum quæ parit, & moritur.

Hanc merito lugent Hispania, Gallia Roma,

Vngaria, & Morini, Tethys, & Oceanus.

Ante omnes Tormis turbato flumine mœrens.

Effusis proprias auget aquas lacrymis:

Atque hæc attonitus raucis singultit in undis:

Quamuis pro te orbis maximus ingemuit,

Nulli flebilior tamen occidis ISABELLA,

Quam doctorum hominū, quos foueo ipse, choro

TRILINGVE COLLEGIVM

Salmantinum Magistro Michaeli Tormoni

infigni Theologo, Poetæ,

& oratori iusta lacrymis

faciebat.

Quævis ab excelsi decurrit uertice montis

Riuus muscoso garrulus è lapide,

Agricolis æstufessis, qui dulce leuamen

Esse solet, tali lumina habere decet

Vuida lamento: turbam sed cura Trilinguem

Præcipue ista uocat, pro dolor, ad lacrymas.

Nos decet assiduis contundere pectora apugnis,

Et largo mœstas imbre rigare genas.

Nam nos Tormone extincto tres stemus in uno

Amisisse uiros: omnia qui poterant,

Quæ grauis orator: quæq; alto in corde uolutat,

Qui docet ætheræ dogmata sancta fide:

Quæ

Quæ uates, quam laudent Pandionis arces,
 Mincius & doctis ornet arundinibus.
 Deseris heu Michael gentē, tua uota, Trilinguem,
 Cui tutamen eras, spes, honor, atque decus.
 Heu spes fallaces, fata inuida, quæ carpistis
 Aspectu in primo uere incunte rosam.
 Hinc igitur digne torpet nobis animi mens,
 Non alis in nostro sanctior orbe fuit.
 At tu, ni genus humanum, terrasque perosus,
 Quas tueris forsan torua supercilio,
 Nam magna clarum metiris imagine Olympum,
 Adspice uota: piæ accipe & has lacrymas.
 Adspice & Almeida generosam in funere curam,
 Quam dulcem cineri præstet amaritiem.
 Fidam etenim seruat tenero sub pectore amorem,
 Et post fata colit fœdus amicitie.

EIVSDEM.

De Philomela in mari cadente

è Græco.

P Repetibus pennis nento bacchante ferebar
 Per mare Bisthonio, fessaque labor aquis.
 Sed me dulcisonam suscepit aedona curuo
 Pontuagus delphin corpore piscis auem.
 Quæ fido tranans spaciosum remige pontum,
 Mulcebam uarijs corda marina sonis.
 Delphini Musas nauulo sine sæpe tulerunt,
 Nam neque Arionis fabula falsa fuit.

FINIS.

Salmanticae,

Apud Michaelem Serranum de Vargas.

M. D. LXXXVII.